

IN PRIORI.


B_A P E T R I
A P O S T O L I C A N O -
N I C A M E P I S T O L A M
E R V D I T I S S I M V S
Commentarius.

Authore D. Ioanne Hesselio Louaniensi, Sacra
Theologie, dum viueret, Regio
Louanij Professore.



L O V A N I I.

Apud Ioannem Bogardum, Sub Biblijs
Aureis. Anno 1568.



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18

IN PRIOREM

B. PETRI
APOSTOLI CANO-
NICAM EPISTOLAM
ERUDITISSIMVS
Commentarius.

*Auctore D. Joanne Hesselio Louaniensi, Sacra
Theologia, dum viueret, Regio
Louanijs Professore.*



LOVANIJ,

Apud Ioannem Bogardum, Sub Biblijs
Aureis. Anno 1568.



P R I V I L E G I U M.

Regia Maiestatis Priuilegio concessum est Ioanni Bogardo, Bibliopolæ iurato, vt intra octo proximos hosc sequentes annos imprimat quousquis Ioannis Hessels à Louanio Sacra Theologia (dum vineret) in Academia Louaniensi Professoris libros; tam eos, qui typis excusi sunt, quā qui post modum excudetur. (ē quorū numero est et hic Commentarius in Priorem B. Petri Canonicam Epistolam.) Et simul quoq; interdictum est alijs omnibus, quicunq; de num illi sint, ne eos imprimant, aut alibi impressos in ditiones Regia Maiestatis distrabēdos importare tentent, sub graubus pœnis, quas litera exprimunt.

Datae Bruxellis, die 12. Decembr.

Subsig. De VVitte.

Anno 1567.

I N P R I O R E M

B. PETRI EPISTOLAM,
A U T H O R E I O A N N E
H E S S E L I O

Præfatio.



E H A C prima Epistola nullafuit unquam dubitatio, quin & ipsius Petri Apostoli esset, & proinde Canonica scripture. Vide Eusebium lib.3. hist. Ecclesiast. cap.3. & 4. Scripta est autem ad Gētes, in principio Epistola nominatas, quae omnes sunt Graci in Asia minori: Nam Asia quæ hic appellatur, non est tota Asia minor, sed specialiter illa regio, cuius Metropolis est Ephesus: qua significatione Lucas in Actis, Acto.19.^{i. Cor.16.} Paulus in Epistolis, & Ioannes in Apocalypsi nomen Asia accipiūt. Porro de his prouincijs, videatur Venerabilis Beda, in locis quæ inueniuntur in Actis Apostolorū: quod opusculum etiam ponitur inter opera Hieronymi. Scribit vero ad cōuertos ex Gentilitate, ad Christianismum, ut patet ex capite secundo, ubi dicit Petrus: Qui aliquando


A 2 non

P R A E F A T I O .


Osee.2. non populus Dei, nunc populus Dei: quem locum ex Osee sumptum, Paulus de vocatione gentium interpretatur. Sic Venerabilis Beda in hunc secundi capituli locum: similiter & Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum: Petrus (ait) quid de vocatione gentium sentiat contemplemur: ac subiicit deinde verba Petri. Non ignoro tamen aliud eos alibi dixisse. Oecumenius putat non scribi epistolam ad Ponticos, sed ad Galatiam Ponti, siue quae est iuxta Pontum, ut distinguiatur a Gallia, quae Gracis Galatia etiam dicitur. At Eusebius, Cyprianus lib. 3. ad Quirinum, cap. 36. & 37. & Hierony. putant simpliciter etiam Ponticis scribi. Ceterum confirmat hic Petrus fideles infide, exhortatur ad pietatem, & peregrinos in hoc seculo variegos afflictos spe præmiorum consolatur.



IN CA-



I N C A P U T P R I M U M .



ETRVS Apostolus Iesu Christi aduenis, hoc est, exulantibus a patria sua: non quidem terrena, sed cœlesti. Nec miru, quod initio statim Epistola eos aduenas vocet: hoc est enim primu quod Apostoli prædicarunt Gentibus, non in hoc seculo quærendam esse felicitatem, sed in resurrectione mortuorum, ac seculo venturo. Vide primam cōcionem Pauli ad Atheniensis, vide quid proponat gentili Præfidi Felici. Primam item cōcionem Petri ad Cornelium. Consule & Augustinum libro de cæchisandis rudibus, cap. 16. & 17. Sumptum est autem istud, ut & tota epistola, ex scriptura veteri, ubi dicitur duces Edom habitasse in terra imperij sui: Iacob autem in terra, in qua pater eius peregrinatus est. David dicitur cum omnibus patribus suis esse aduena, id est, peregrinus:

A& 17.
Ibid. 14.
Ibid. 10.

A 3 nus:

IN I. EPISTOLAE PETRI

nus: quod latius expedit Apostolus ad Heb. 11. Et hoc notandum, quod Græcè non est hic προστάτοις, ne quis putet proselyris Iudaismi scribi epistolam, sed παρεπιδύμοις, quam verit postea peregrinos, & significat Oecumenio obiter transeuntes per aliena. *Disperionis*, hoc est, secundum habitationem dispersis, siue sparsim incolentibus Pontum, Galatiam, etc.

Electi, spe pia. Audet enim vocare electos propter ea quæ in eis videbatur bona merita, tanquam signa quædam: electos, inquam, ex generis humani perdita massa.

Secundum præscientiam Dei Patris. Dicit eos electos, prout Deus pater ordinavit, siue prædilexit eos, ante mundi constitutionem. Nomen enim præscientię (sicut & apud Paulum) significat prædilectionem. Dicuntur autem prædilecti, vt omnis imaginatio meritorum Dei electionem præcedentium excludatur. Si autem queratur, quid dilexerit vel elegerit Deus in istis? Respondendum est cum Augustino in epist. 105. ad Sixtum, electione gratia eligendos facit Deus, non inuenit. Et quid diligebat Deus in Iacob antequā natus fuisset aliquid boni, nisi gratuitum misericordia sua donum? Oecume. & Cytillus lib. de recta fide sic iungunt: Petrus Apostolus iuxta præscientię Dei.

In sanctificationem spiritus. Beda: Electi, inquit, erant ad hoc, vt per donationē Spiritus sancti, sancti-

Rom. 8.
Ibid. 11.

CAPUT I.

2

sanc̄ificarentur, emundati ab omnibus peccatis. In obedientiam & asperionem sanguinis Iesu Christi, id est, per obedientiam Christi, qua obediuit patri suo usque ad mortem crucis, sicut dicit Paulus ad Rom. 5. Per unius obedientiam iusti constituentur multi. Et quia illa Christi obedientia non omnibus prodest, quia non omnibus fide & sacramentis applicatur, ideo adjicit Petrus: Secundum asperionem sanguinis Iesu Christi, ita ut dicat istos sanctificari auctore Spiritu sancto, propter meritum obedientiæ Iesu Christi, & quia illud meritum sis applicatur. Sumptus est autem hic sermo (aspercio sanguinis) ex veteri scriptura, in qua variae describuntur aspersiones sanguinis brutorum, quorum alijs quidem, designatur ipse Christus suo sanguine perfusus, alijs vero homines passionis Christi fructum percipientes siue sanguine Christi aspersi. Aspersio enim Leuit. 1. 3. 4. & 16. qua in sacrificio holocausti & pacificorū fundebatur sanguis per altaris circuitum, aut extremitatem altaris holocausti, & qua pro peccato principis, aut priuati aspergebatur cornu Ibid. 9. altaris holocausti, & reliquus sanguis ad basim eius fundebatur: & aspersio qua pro peccato Ibi. 4. 16. sacerdotis, aut populi sanguis illatus in tabernaculum testimonij aspergebatur, super ve- lūm sanctuarij & cornu altaris thymiamatis. Item ea qua semel in anno in die expiationis Ibid. 16.

A 4 sanguis

IN I. EPISTOLAE PETRI

sanguis illatus in sancta sanctorum aspergebatur super propitiatorium. Illa deniq; qua sanguis vaccæ rufæ aspergebatur contra fore tabernaculi. hæ omnes, inquam, aspersiones potissimum designant dominum Christum proprio sanguine perfusum in patibulo. Ipse est enim nostrum altare, per quem omnia nostra offerimus: per circuitum eius effusus est sanguis in passione, dum per quatuor extrema vulneratus, & tunc inferior, id est, extrema eius natura, nempe humana, fuit tanquam cornu, & basis altaris siue holocausti, quia se totum obtulit Deo: siue thymiamatis, quia suauissima oratione oravit in cruce: tunc velamen sanctuarij, hoc est, caro Christi (sicut interpretatur Apostolus ad Hebreos) sanguine aspersum est: tunc propitiatorium, hoc est, ipse Christus nostra propitiatio, respersum est suo sanguine & introiuit semel in cœlū, semper praesentans patri passionem quam semel tulit. Tunc fore tabernaculi, hoc est, cœlum saugine Christi apertum est, ut ingredentur electi.

Heb. 5.

Ibid. 10.

Exod. 14. At aspersio filiorum Israël, qua aspersit eos Moyses, dicens: Hic est sanguis foederis, etc. Et aspersio qua sacerdotes in die consecrationis fuæ in extremo auriculæ dexteræ, & in pollicibus dexteræ manus ac dextri pedis: & qua tunc vestes eorum aspergebantur: Aspersio quoque leprosi mundandi, eaq; qua die octauo lepro-

C A P V T I.

3

leprosus aspergebatur simili modo quo sacerdos consecratus: Hæ, inquam, aspersiones sanguinis designant sanguinem Christi, quatenus fructus eius communicatur hominibus: Hic enim sanguis facit nos nouit testamenti partipes, emundans nos ab omni peccato. Hic facit nos sacerdotes offerentes Deo preces, &c. &c. laudes, opera misericordia & similes hostias. Hic efficit, ut cum audiamus, & audita compleamus opere, saltæ dextra, hoc est, præcipua parte. Hic effectum à confortio sanctorum per lepram peccati, etiam heresis, rursus mundat, & ad pristinam dignitatem reducit. Aspersio quoque postium per sanguinem Paschæ, his aspersoribus similis est: significat enim eos qui circuncisi in una domo ecclesiaz comedunt Christum liberandos & defendendos per sanguinem Christi cum venerit ad condemnandum omnes impios. Et ad has aspersiones respxit hic Apostolus Petrus, loquens de sanguine Christi quatenus nobis communicatur eius effectus, imitatus Prophetam Dauidem, qui cognoscens se leprosum peccato effectum precatur Deum: Asperges me hysopo, & munda me, cuius sensus est, per fasciculum hysopi Ambros. aspergas me sanguine agni, sive participem me ib. de fac passionis tuæ, & tunc demum mundabor. Apolo. Imitatur Petrus & Esaiam, qui de Christo ait: cap. 12. Iste asperget gentes multas, scilicet sanguine David suo. Esa. 52.

psal. 50.

Ambros.

ib. de

Apolo.

Dauid

cap. 12.

Esa. 52.

I N I . E P I S T O L A E P E T R I

suo eas mundans, & in baptismate Dei conse-
Hiero.in crans seruituti. Similiter cum Petro loquitur
ca.52.in Paulus in epistola sua ad Hebræos, & Ioannes
Esaiam. in epistola sua,atq; Apocalypsi. Et hoc no-
Hebr.12. ta,quod Trinitas à Petro,commemoratur,Pa-
x.Ioan.1. tri tribuit dilectionem hominum, quæ princi-
Apoca.1 pium est totius salutis, sicut Pater à nullo ex-
7. & 11. istens principium est Filii, & Spiritus sancti. Fi-
lio tribuit medium salutis nostræ quod ex Dei
dilectione prouenit , & nobis causa est salutis,
sicut filius ex Patre procedit, & ab eo est Spi-
ritus sanctus.Spiritu sancto ex quo nulla am-
plius persona procedit tribuit consummatio-
nem salutis nostræ ortam ex dilectione Patris
per Christi passionem , nempe nostri sanctifi-
cationem : secundum quam considerationem
etiam symbolum in tres partes est diuisum.

Gratia. Diuus August. in inchoata exposi-
tione epistolæ ad Romanos , & in expositione
epistolæ ad Galathas, gratiam interpretatur re-
missionem peccatorum, pacem, reconciliatio-
nem cū Deo , qua inimicitijs solutis per piam
Hiero.in vitam adhæremus Deo : non quod hæc pax
1.cap ad Galath. non sit etiam gratia, sed quia in literis Aposto-
licis, atque ipsa salutatione nōmen gratiæ , per
antonomasia , pro remissione peccatorū po-
nitur . Fortassis hoc loco gratia accipi queat
Aug. 1.re tract.ca. pro ipsa Dei dilectione, atq; fauore, quomodo
24 & 15. Luc 2. Maria dicitur gratia inuenisse apud dominum

Deum:

C A P V T I .

4

Deum:& dicimus à Paulo adoptati in laudem Ephes.1.
gloriæ gratiæ Dei. Et explicationis forte cau-
sa,adjiccit Apostolus in utraque epistola ad Ti-
motheum,nomē misericordiæ.Idem est enim
gratia,cum misericordia. **Pax**,verò est effectus
huius gratiæ,estque perfecta cum Deo amici-
tia atque coniunctio. Porrò hæc salutandi
ratio sumpta est ex precepto Christi iubentis
Apostolis , vt in quamcunque domum intra-
rent salutarent eam dicentes, Pax huic domui: Matth.10.
Item ex ep̄lo Christi , qui post resurrectionem
Luc.24. suos discipulos sic salutauit: maximè,quia ipse
Ioan 20. promisit, Pacem meam do vobis , pacem re-
linquo vobis. Vnde sicut Cyrillus lib. 12. in
Ioa.cap.53.& 54.& lib.10.cap.7. ait: Lex quā-
dam Ecclesiæ tradita est: In sanctis enim con-
gregationibus hoc sepius ad inuicem dicimus.
Pacem enim , & ad nos & ad Deum habere,
fons & origo omniū bonorū est . Quare Pau-
lus quoque,omne bonum fidelibus optans,di-
cit: Gratia vobis & pax . Interpretatur autem
Roma.1. Cyrilus Spiritum sanctum esse pacem, quam
1,Cor.1. optabat & relinquebat Christus Apostolis:
2,Cor.1. quod hoc sensu dictum intellige , quod Spi-
ritus sanctus sit pacificator noster , sicuti Chri-
stus pax nostra dicitur . Multiplicetur , vt quod
Galath.1. bene cœpisti bene compleatis: semper enim
opus est Dei gratia,sicuti ait Psalmus:Nisi do-
minus custodierit ciuitatem,etc.

Bene-

I N I. E P I S T O L A E P E T R I

Benedictus, id est, laudatus sit, vellaudandus est. Seruat in hoc morem Apostolicum, quod à laude Dei incipiat. Deus & pater domini nostris cap. *Iesu Christi*. Dupliciter hoc potest legi, siue distingui: Primum, ut sit sensus: Benedictus Deus, qui vniuersorum est conditor qui & est pater domini nostri Iesu Christi. Secundo ita, ut Deus & pater ad dominum nostrum Iesum referatur, & sit sensus, benedictus ille qui est Deus Christi secundum humanam naturam: qui est & pater Christi, quia ab eterno ab eo genitus est, qui nos cum essemus in iniurati- bus geniti, & ob hoc eterne morti addicti, rur- sus alia generatione generauit in baptismo ut iusti simus & veram vitam speremus, idque nō ex operibus iustitiae quæ fecimus nos siue ex aliquibus meritis precedentibus, sed secundum veri nominis misericordiam suā, quæ magna est, quia immensa, quia Dei natura est misericordia & bonitas, quia Deo proprium est misereri & parcere: Magna est Dei miseri- Philip. 1. cordia, quia immensus Deus se exinanivit usq; ad mortem, mortem autem crucis ut hominis misereretur: Magna est, quia imp̄iissimis inimi- cis Dei praestata. Magna, quia à maxima & eter- na miseria liberat, quia maxima & eterna bona praefat, non parua & caduca tantum. Mag- na denique, quia in omnia tempora & omne ge- nus hominum diffusa. Ethic sermo veterem scriptu-

C A P V T I.

5

scripturam refert dicente: Miserere mei Deus psal.50. secundum magnam misericordiam tuam.

Regenerauit nos in spem viuam, vt hæredes si- mus secundum spem vitæ æternæ. Spes enim viua pro vita sperata ponitur, siue pro re viua obtinenda secundum spem. Significanter au- tem dixit (spem viuam, siue spem vitæ) quasi indicans hic nos agere in perpetua morte, si- cut & Gregorius dicit: Temporalis vita æter- na vitæ comparata mors potius dicenda, quam vita. Explicat autem Petrus quæ sit spes vitæ dicens: *In hereditatem incorruptibilem*, Exod.6. vbi alludit ad spem Iudæorum, qui caducam hæreditatem terræ Canaan tantum acce- runt. Et notanter (hæreditatem) vocat, sicut Rom.8. enim per regenerationem filij Dei, ita & eius. ^{i petri. 1.} ^{Jac. 2.} hæredes facti sumus. *Incorruptibilem*, vocat ^{Beda.} propter vitam cœlestem, quæ nec senio, nec morbo, nec morti, nec vlli malo est obnoxia. *Incontaminatam*, quia nullus in eam potest im- mundus intrare. Sicut ait Propheta, non adi- ciet ultra ut pertranseat per te incircuncisus & immundus. *Immarcessibilem*, quia nec ip- sis beatorum hominū mentibus ex longo vsu cœlestis illa gloria vilescit aut fastidium parit, quoniam præsentis seculi luxus & deliciae fo- lent nōnunquam diutina cōsuetudine & vsu in nauseam abire.

Conseruatam in celis, id est, bene custoditam à Deo

Apoc.21.
Esa.52.

à Deo pro filijs ipsius, in cœlis scilicet quo fur
nō pertingit, vbi nec ærugo aut tinea corrumpit. Alludit enim Petrus ad verbum domini
dicens: Thesaurizate vobis thesaurū in cœlo, etc. quasi dicat: Et si impij molesti nobis
sint, atque adeò occidant corpora nostra, hæ-
reditatem tamen nostram non occupabunt,
quia cōseruatur ab invicto custode Deo, eoq;
loco quo impij pertingere non possunt, néps
in cœlis. Quod autem in cœlis simus regna-
turi, docet etiam Paulus 2. ad Corinth. 5. Sci-
mus enim quoniam si terrestris domus nostra
huius habitationis dissoluatur, quod ædifica-
tionem à Deo habemus domum non manu-
factam, æternam in cœlis. Quomodo vero in
celo posint subsistere terrena corpora, con-
tra infideles defendit August. 22. de ciuitate
Dei cap. 4. usque ad cap. 12.

Per resurrectionem Iesu Christi. Referri potest
ad verbum regeneravit, ita ut causa regenerationis
nostræ dicatur Christi resurrectio, sicut
ait Paulus: Resurrexit propter iustificationem
nostram. Libenter autem tribuit scriptura re-
generationem nostram resurrectioni Christi,
stū ca. 24 tum quia fides resurrectionis Christi, Christia-
Colos. 1. nis propria est: Resurrexit (ait Paulus) per
fidē operationis Dei, qui suscitauit Christum
à mortuis. Tum quia spiritus Christi cœpit pri-
mum largiter effundi ad nostri innouationem
dum

dum per resurrectionem & ascensionem glo-
rificatus est Christus, sicut ait Ioannes: Spir-
itus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat
glorificatus. Denique responderet nostra re-
generatio resurrectioni Christi tanquā exem-
plari suo exemplū, vt ostendit Paulus ad Ro-
ma. 6. & ad Colossenses 2. Potest & istud, per
resurrectionem, referri ad spem viuam, quasi
dicat: Ideò speramus vitam per Christū, quia
videmus ipsum Christū resurrexisse ex mor-
tuis. Per hoc enim quod Christus resurrexit
eandem tribuet resurrectionem fidelibus suis,
sicut ait Paulus: Si credimus quod Iesus mor-
tuus est & resurrexit, etc. 1. Thes. 4.

In vobis. Accipit hoc Beda tanquā dictum pro
vobis, siue vt tépore præstituto reddatur vo-
bis. Videndum est ne fortè illud (in vobis) hæ-
reat cum dictione benedictus, quasi diceret:
Deus qui regeneravit nos ad vitam æternam
sit benedictus in vobis, qui custodimini per fi-
dem: vt gratias agat de istorum ad quos scri-
bit perseverantia: quomodo & Paulus in om-
nibus epistolis de pietate suorū discipulorum
gratias Deo agit. Facit pro hoc sensu, quod Pe-
trus mutat hic primam personam in secun-
dam, deinceps eos ad quos scribit alloquens.
Illa autem locutio benedictus in vobis, simi-
lis est illi ad Galathas. In me clarificabant Galath. 6
Deum.

Custo-

Celos. i. *Custodimini per fidem.* Fides fundamētū est spiritalis ædificij; ipsa est quæ primo datur quā cetera bona impetrētur: Ideo rectē dicitur nos custodire ac facere ut perseveremus: Et ne quis putet libertatis suæ potentia se posse custodiri in bono iam adepto, adiicit Petrus nos custodiri ex Dei potentia: Et significanter dicit nō doctrinam Dei vel exhortationem, sed Dei virutem sive potentiam, quia non solum Deus docet perseverare fideles, sed eos perseverare facit, quod est opus diuinæ potentiaz: Rectē vero coniungit illud (per fidem) cum illo (in Dei virtute) quia fides est per quā Dei potentiam necessariam nobis agnoscimus, & per quam eius auxilium flagramus. Non ob aliud (ait August. in epist. 106. ad Paulinum) meretur homo accipere ampliora, nisi fideliter agnoscendo à quo sibi bona sunt omnia. Obiter autē Petrus hic indicare videtur quosdam fuisse inter hos hæresim seminantes, quibus tamen aurem non præbuerint, occulteque redarguit eos qui iam seduci incipiebant.

* *In salutem paratam reuelari, &c.* Referri potest ad custodimini, quasi diceret, vos custodimini ad hoc ut saluemini in die iudicij. Potest etiam referri ad fidem, ut sensus sit, Fides qua creditis salutē sive vitam æternam venturam ea vos custodit, sive seruat à malo. Cuius rei fidem etiam Paulus ad Hebræos 11. exigit dicens:

cens: Accedentem ad Deum oportet credere, vide Ag. quod inquirētibus se remunerat sit. Nec est gust. hb. hæc fides diuersa à fide mediatoris qua expē- 1. de pec- statur Christus venturus ad nos saluandos, se- cat. orig. cap. 26. cundum quandam inchoationem in hoc tem- pore, perfecte autem in futuro. Vnde Aposto- lis ad Hebreos 10. verba Abacuc, Iustus meus Abac. 2. ex fide viuit, de fide secundi aduentus Christi interpretatur. Et sanè hæc fides futuri iudicij custodit homines in timore & sancta sollici- dine: Hæc atimos propter labores & tribula- Philip. 4. tiones deiectos in spem erigit & consolatur: Tit. 2. vnde frequentissimi fuere Apostoli in propo- Iacob 5. nendo etiā fidelibus iam sanctificatis venturo iudicio. Hæc autem locutio (fides in salutem) Hebraica est sicut ad Rom. 1. dicitur: Fides in fide, hoc est, fides qua creditur Deus fidelis in promissis: Fides qua creditur salus parata re- uelari. Sic Hieronymus contra Luciferianos legit: Credo in sanctam Ecclesiam. Paratam re- uelari, id est, ut reueletur in tempore nouissi- mo. In quo exultabit, hoc est, exultate: vel pro- priè pro futuro tempore. In nouissimo enim tempore ineffabiliter exultabunt omnes sancti. In quo: Quod dicit (inquit Beda) in quo signifi- cat in eo quod tempore nouissimo salus para- ta reuelabitur ac dignis dabitur. Alij sic: In quo, hoc est, tempore nouissimo. Oecumenius etiam legit, ut sit praesentis temporis exulta-

B tis; &

tis, & (in quo) refert ad ea quæ Petrus dixit, Deum dare regenerationem, custodiam perfidient, etc. quoniam (air) tata & talia sunt, quæ dantur, nihil absurdum est quod etiam gaudium sequatur eos qui accipiunt.

Modicum nunc, &c. Dupliciter hoc ordinatur ab Oecumenio: Primo, ut significetur exultationem quam habent sancti in hac vita modicam esse præ æterna. Secundo ut (modicum nunc) iungatur cum (contristati) & significetur passiones huius temporis valde esse modicas comparatione æternæ gloria. Si oportet, id est, quāuis oportet, vel siquidem, sine quia oportet nunc contristari. Quod vero omnes sanctos oporteat in hoc mundo contristari & cōtribulari frequentissimè inculcat scriptura, nunc dicens:

Rom. 8. Mat. 10 & 16. Act. 14. 2. Tim. 2. Rom. 8.

Oportere quotidie abnegare nos ipsos & portare crucem: nunc per multas tribulationes oportere nos intrare in regnum Dei, & omnes qui volunt pliè viuere in Christo persecutio- né passuros: & coheredes esse Christi, si compatiamur. Quæ scripturæ quomodo sint intelligendæ ostendit August. lib. 18. de ciuitat. Dei cap. 51. & 22. cap. 23. Item epist. 145. *Contristari*, id est, affligi, mentio fit hic de tristitia non quæ deiicit animum, sed quæ naturaliter oritur ex afflictionum molestia. Gracè legitur contristati, atque ita fortè legit noster interpres.

In varijs temptationibus, id est, afflictionibus. Nam

Nam etsi experimentum sumatur de homine per prospera, longe tamen melius innotescit sibi homo per aduersa, sicut ait Paulus: *Patiencia probationem operatur.* Tunc temporis cum Petrus scriberet præter eas quæ pijs semper communes sunt, variæ erant afflictiones à Iudeis & Gétilibus qui multis calumnijs Christianam doctrinam, & vitam impetebant: id quod & heretici tunc exorientes faciebant. *Vt probatio fidei vestra.* Ratione reddit, cur Deus seruos suos hic affligi velit, quia videlicet per afflictiones fides declaratur quam sit fortis: & robustior ac maior sit patientia: quo sit ut & corona futuri seculi maior sit. *Probatio fidei*, id est, fides vestra probata per patientiam.

Multo preciosior auro quod per ignem probatur, id est, preciosior auro optimo, cuius bonitas exploratur, dum ab igne non consumitur: & merito preciosior: spiritualia enim bona multo sunt corporalibus præstantiora. Vnde & David ait: *Super niuem dealbabor.* Comparat autem *Psalm. 50* scriptura patientiam fidelium cum auro, ut enim hoc ceteris metallis est pretiosius, ira omni laude digna est patiētia. Sicut ergo auri bonitas non videtur dum in ignem mittitur, sed cum ab eo purificatum fuerit nec consumptum: ita sanctorum patientia in ipsis persecutionibus est quidem contemptibilis, sed in die iudicij ostenderetur eius dignitas ac meritum. Græci

B. legunt;

IN I. EPISTOLAE PETRI

legunt; Auro quod perit dum probatur per ignem, & huius sensus est, Fidem constantem multo esse in genere præstantiorem quam sit aurum quod igne absumitur: Nam fides perstet & corroboratur in temptationibus. Aurum vero illud tanquam adulterinum vim ignis non sustinet. Fides robatur per patiētiam aliasq; virtutes, quanquam ipsa sit fundamētum omnium virtutum: ut enim robur causa est exercitij, eoque augetur & unaquæque res propria operatione robatur: sic & fides ex qua oriuntur omnia bona opera, per eadem augetur ac firmatur, eo quod effectum tunc ac vitâ suam habeat: unde ait Apostolus mitti quibusdam a. Theſſ. 2 operationem erroris, vt credant mendacio, eo quod dilectionem veritatis non receperunt.

Inueniatur in Laudem, id est, cedat vobis in clarissimam laudem, nam tunc coram ipso Deo & omnibus sanctis atque impijs laudabuntur omnes recti corde. Et honorem, honor hoc loco retributionem & præmium designat, nam apud homines multi glorificantur, quibus tamē nihil tribuitur: At Deus ijs quos laudabit, æternam, tribuet vitam & fœlicitatem. In reuelatione Iesu Christi, id est, cum reuelatus & manifestatus fuerit Iesus Christus in die iudicij.

Quem cum non videritis diligitis, &c. Cogitate, ait, quanta erit gloria vestra, quando reuelabitur Iesus Christus. Si enim quem non vidiſtis

nunc

CAPUT I. V. 9

nunc diligitis omnia pro eo sustinere parati: si nunc quando fides Christi stultitia reputatur, & doctores fidei atque fideles persecutionem patiuntur, iphi Christo no viso fidem omnem adhibetis; proculdubio cum tanquam mercedem laboris & manipulum ex semine reportaueritis salutem animarū vestrarū, ad quam omnis fides & doctrina fidei redit; tunc extul. Matt 5. tabitis lætitia nobis nunc ineffabili, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor cogitauit: Exultabitis, inquā, lætitia glorificata, quia tunc magnificabitur lætitia vestra, cum nunc lætitia fidelium qua ob spem futurę vitę gaudent, ludibrio habeatur. Animæ nostræ nunc non saluantur nisi secundum quādam inchoationem, quæ magis spem vera salutis, quam perfectam salutē præstat. Qua de re vide August. lib. 2. contra Iulianum cap. 8. In animarum salute tanquam principali intelligitur salus corporum. Hunc locum paulò aliter quam habeat noster textus legit B. August. lib. 1. de peccatorum meritis & remis. cap. 27. sic enim habet: Inueniamini in laudem & honorē Iesu Christi, quem ignorabatis, in quem modo non videntes creditis, quem cum videritis, gaudebitis gaudio inenarrabili, & honorato gaudio percipientes testamentum fidei salutem animarum vestrarum.

De qua salute. Quiā de animæ salute mentio-

B 3 nem fe-

Iuxta edi-
tionem
Louani-
ensem.

nem fecerat quæ res nouæ erat & auribus eorum ad quos scribit insolita prophetas in medium adducit: Prædictio enim prophetarum maximè fidem confirmat, cum ea quæ nunc videmus completa, ante multa tempora prophetata fuisse agnoscimus. De quo vide Aug. lib. 12. & 13. contra Faustum. Certe cogitatio ardentissimæ desiderij prophetarum ingratum torporem nostrum excutit. *Exquisierunt*, id est, magno desiderio, multisque precibus cuiuerunt nosse, quæ ad hanc salutem animarum pertinent. *Prophetæ*, qui prophetaverunt de futura in vobis gratia, siue qui prædixerunt vocationem gentium ad gratiam Christi, quam in vobis ipsis nunc cernitis impleri. Frequentissimi autem sunt omnes prophetæ in prædicenda hac gentium conuersione.

Scrutantes vel in quod vel quale tempus. Declarat quid exquisierint nosse de salute animarum, hoc nempe, quo articulo temporis, quali item tempore, siue quis futurus esset rerum status, quādo author salutis post passionem primum se glorificans. Deinde in alijs inciperet hanc salutem operari. Cupuerunt igitur scire quo anno Christus vēturus esset & resurrecturus: Itē quomodo se tūc habituræ essent res Iudæorū. Idque à spiritu Christi qui in eis erat & prænuntiabat per eos Christum multa passurum & postea glorificandum resurrectione, & ascensione,

sione, & Spiritus sancti per totum orbē effusione. Desiderasse autem prophetas. *Icire* de Christo, imò coram videre Christi aduentum & resurrectionem, patet ex euangelio ubi dominus dicit prophetas valde desiderasse vide^r Matth. 13 re & audire quæ Apostoli viderunt & audierunt. Et Gabriel Danielem virum desiderio, Dan. 9. rum, ob hoc appellat cum valde oraret pro Christi aduentu: sicut David, Elaias, & alij Prophetæ fecerunt. Vnde & Abacuc dicit: Super Abac. 2. custodiam mēam stabo, vt videam quid dicatur mihi. Non est autem putandum Prophetas curiosè ductos scire cupuisse quo articulo temporis venturus Christus esset, sed magno cius amore ac desiderio cupiebat eū suo tempore venire atque cognoscere qui posset deprehendi humilis Christi aduentus. Metuebant enim ne (sicut reuera contigit) propter Christi humilitatem futurus esset multis ignoratus.

Significaret in eis spiritus Christi, id est, ille spiritus Christi qui erat in eis. Erat autem spiritus Christi in Prophetis, non solum per gratiam prophetiæ, sed etiam iustificantem: Vnde eos pater Baptiste sanctos vocat. Et pulchre dicit spiritus Christi, quia ab æterno ex Christo procedit Spiritus sanctus, licet Christus ante incarnationem non fuit Christus. Quod verò Prophetæ per Spiritum Christi potissimum præ-

Luc. x.

B 4 dixerint

Act. 26. dixerint Christum primum passurū, & postea glorificandum, nō solùm hic Petrus, sed & dominus Luc. vlt. & Paulus ad Agrippam & sa-
pe alibi scripture testatur. Vide Bedam in illud
Luc. vlt. Incipiens à Moysi & Prophetis om-
nibus, etc. *Posteriores gloriae.* Gloria Christi se-
cundum humanam naturam fuit in resurre-
ctione & ascensione, ex qua sequitur tertia glo-
rificatio, dum per Spiritum sanctum effusum
in hoc mundo glorificatur. Loquitur hic de ea
gloria Petrus, de qua & Ioánes dum dicit: Spi-
ritus nondum erat datus, quia Iesus nondum
erat glorificatus. Non autem de illa quā habi-
turus est Christus in die iudicij: Nam de tem-
pore secundi aduentus Christi nec Prophetæ,
nec Apostoli instructi fuerūt, vt scirēt exactè
diem & horam vel annum, sicut ex scripturis
docet Aug. epist. 80. ad Esichium.

Ioan. 7.

Quibus reuelatum est. Quibus potest referri ad
(posteriores gloriae) & tunc est ablatui casus,
& sic videtur intellexisse Didymus lib. 2. de
Spiritu sancto, quem transtulit Hierony. Ille
enim legit (in quibus) Similiter illud (ministrab-
ant) potest intelligi neutraliter pro vtilia erat
vel vsui erant, commoda erant, atq[ue] tūc (ea)
est nominatiui casus. Potest (quibus) etiam esse
datiuui casus, & tunc refertur ad (Prophetas.)
Similiter (ministrabat) accipi potest actiuè, ac
ita (ea) est accusatiui casus. Sēstis ergo est: Cum
Prophe-

Prophetæ vehementer desiderarent à domino
Deo nosse tempus passionis & glorificationis
Christi, reuelatum est eis quod nō sibi, sed vo-
bis ipsis prophetæ ministrabant, prænuntiādo
videlicet & scribendo ea quæ nunc sunt an-
nunciata vobis, tanquam completa. Similis lo-
cus est in 1. epist. ad Corinth. cap. 10. vbi dicit
Paulus omnia in figuris contigisse Iudaïs, sed
scriptra esse propter nos in quos fines seculo-
rum deuenérūt. Certum est omnes iustos ve-
teris testamenti, siue qui fuerunt ante legem,
siue qui fuerunt tempore legis non esse justi-
ficatos nisi per virtutem passionis & resurre-
ctionis Christi venturi, sicut Act. 4. & 15. do-
cet Petrus, & post eum August. lib. 2. de pec-
cato originali cap. 24. & sequētibus. Illud igit-
tur, non sibi meti ipsis, sed vobis, non simpliciter
intelligēdum est, quasi passio Christi & resur-
rectio non profuisset prophetis: sed vt sensus
sit, quemadmodum rectè interpretatur Beda,
Non suis temporibus, sed vestro qui in fine se-
culorum aduenisti manifestata est Dei iusti-
tia, siue vtilis facta est Christi passio & resur-
rectio, prædicta à lege & Prophetis, sicut ait
Paulus: Nunc autem iustitia Dei manifestata Rom. 3.
est, testificata à lege & Prophetis. Et Petrus
Act. 3. Moyses & omnes Prophetæ à Samuele
& deinceps annuntiauerūt dies istos: ita vt il-
lud (sibi meti ipsis) sic idem atque si diceret suo
tempo-

tempore atque suis diebus : quod etiam ex eo patet , quod non hoc inquierint Prophetæ , vtrum passio Christi sibi ipsis esset profutura , sed quo tempore futura esset . Similis locutio est Ioan. 11. Abierunt , ait , discipuli ad semetip-
pos , id est , domum suam . Nec hic negatur quin Prophetæ suis temporibus quibusdam profuerint prænuntiando Christum passurum , sed ita tam pauci fuerunt comparatione eorum qui per Christi passionem iam factam saluatur , ut pro nullis reputentur . Nunc enim multo co-
pior effusa est gratia in orbem , quia nunc in omnes gentes sine ullo discrimine apertissime annuntiatur euangelium & dominus coope-
ratur verbo gratiæ suæ per fidem & cōuersio-
nenem audientium . Nunc promissiones perpe-
tuæ protectionis habet Ecclesia in Cathedra Petri : nūc largissimæ gratiæ , in paucissimis , fa-
cillimis , & efficacissimis sacramentis : nunc sta-
tim à morte cœlestia regna descendere licet :
sicut ait Beda in hunc locum . Hac autem re-
uelatione qua indicauit Deus Prophetis , quod non temporibus eorum , sed longè postea ven-
turus esset Christus , reuelatum est eis quod præ-
cipuum erat quantum ad ipsos spectabat : cu-
piebant enim videre tempus gratiæ , atque hoc explicat Petrus , nihilominus propter nos etiam reuelatum est eis quo articulo temporis ven-
turus esset Christus . Item cuiusmodi tūc esset

status

status rerum , ut patet Danielis 9. Item Gene-
sis 49. Crebri sunt autem Prophetæ in prædi-
cando quod hæc gratia veniet post sua tempora
in nouissimis diebus .

Quæ nunc annuntiata sunt vobis per eos qui euangeli-
zauerunt vobis . Subindicare videtur Aposto-
lus se non fuisse eorum euangelistam : Dixisset enim , ut apparet , per nos qui euangeli-
zauimus vobis . Euangeli-
zauerunt , hoc est , latissimum
nuntium de Saluatoris aduentu , passione , re-
surrectione , & salute vestra per ea obtinenda
attulerunt . *Spiritu sancto misso de cœlo* , id est , per
Spiritum sanctum , qui cum anteā ferè in solis
angelis habitaret , atq; in cœlo tantū gloriæ suā
ostenderet , per Christum sedentem ad dexteram Patris , die Pentecostes in cordibus homi-
num quorundam impiorum habitare cœpit ;
& reuelare gloriam suam , dum Christi disci-
pulos ad prædicandum euangelium instigare *Act. 2.*
cœpit , docens eos omnia idiomata gentium , &
miraculorum gloria illustrans , atq; ad eorum
prædicationem gentes conuertens . Hoc uno
verbo ostendit Petrus quanti debeant facere
Euangelistas suos : quamuis enim videantur
contemptibiles , à Spiritu sancto tamen autho-
ritatem habēt . Ostendit etiam quis miserit ad
euangelizandum Apostolos , cum nunquam
antea huiusmodi prædicationes apud Gentiles
essent auditæ . Ante enim Spiritus sanctus
nondum

nondum descenderat in terrā, sicuti nunc mis-
sus est de cœlo.

In quem desiderant angeli prospicere. In quæ (sic
legunt Græci) scilicet nunc annuntiata vobis
desiderant, id est, magno desiderio anhelant, ut
intelligat mysteria redemptionis generis hu-
mani, ut completri videant quæ à Prophetis
prædicta sunt. Vnde Apostolus ad Ephes. 3. Ut
innovescat, inquit, principatibus & potestati-
bus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.
Vnde angeli primi nuncij fuere mysteriorum
redemptionis, ut patet in Prophetis, qui ange-
lico ministerio didicere mysteria Christi. Ipsi
enim Christum concipiendum, natum, resur-
rexisse, in cœlum ascendisse, venturum ad iu-
dicandum viuos & mortuos. Ipsum etiam ad
gratiam suam vocare Gentiles primi nūtiaue-
runt: Ipsi in principio redemptionis primi gra-
tias egerunt, dicentes: Gloria in excelsis Deo.
Videtur autem Petrus hoc loco respicere & al-
ludere ad 25.c. Exo. vbi iubet dominus Moys
fabricare domino Cherubin, quæ perpetuo in-
tueantur propitiatoriū, significas angelos semper
intueri Christum propitiatorem nostrum
tanquam Deum suum, semperq; desiderare ut
propitiatione nostri perficiat: quod etiā desig-
natur apud Esa. per duo Seraphin inuētia do-
minū Christū, & laudātia eius diuinitatē, atq;
gratias agētia quod omnis terra implēda esset
gloria

Dan. 9.
Matth. 1.
Mar. 16.
Act. 1.
& 10.

Lnc. 2.

Esa. 6.

gloria & misericordia eius. De quib[us] duobus
locis scripturæ. Vide Cyrillum de incarnatione
vnigeniti cap. 23. Similia habes in Psal. 23. &
Esa. 63, vbi angeli Christum ascendentem in
cœlum maximo desiderio intueri desiderant.
Latini libri habent (in quem) & sic legit Gre-
gorius lib. 8. Moralium ca. 38. & Beda in com-
mentarijs huius loci, qui dupliciter exponit il-
lud (in quæ). Primo ut referatur ad Christum,
in quem angeli etiam secundum humanam na-
turam prospicere gaudent, quem nostri ré-
demptionem perficere cupiunt. Secundū hanc
interpretationem siue legas (quæ) siue (quem)
idem est sensus. Secundo ut ad Spiritum san-
ctum pertineat, quem angeli summa semper
cum voluptate intuentur. Iuxta hanc inter-
pretationem, amplificatur hic gracia dei, quod
Spiritum sanctum verum Deum, summumq;
bonum in mūdum miserit. Epiphanius in hæ-
resi Pneumatomachorum. Est, inquit, Spiritus
sanctus vnicus, qui ab omnibus adoratur, &
ab omnibus creaturis ac facturis desideratur.
Sed incertum an ad hūc locum respiciat. Non
incommode tamen ad Spiritum sanctum hic
locus Petri referetur. Nam tribuitur ei in scri-
pturis dilectio, gubernatio, & consummatio
nostræ.

Propter quod, &c. Hactenus explicuit Petrus,
quanta Christianis præstata sit gratia: Nunc ex
eiusdem

eiudem consideratione hortature eos ad piam sollicititudinem. Quia igitur, inquit per fidem in salutem custodimini, & ineffabile gaudium obtinebitis salutemque animarum, quæ tantopere est à prophetis qui hæc amabilia vobis ministrarunt desiderata, quæ sancti etiam angelii admiratur: agite, ut quò maior vobis promissa est gratia, eò diligentius vos componatis, ut eam accipere mereamini.

Succincti lumbos mentis vestra. Hieronymus lib. i. contra Iouinian. Gregor. in homil. illius Euangeli. Sint lumbi vestri præcincti. Et Beda hoc loco intelligunt præcipi castitatem: quæ expositio ex sequentibus probabilior apparet. Succingit autem lumbos mentis, qui hanc etiam à cogitatione, scilicet impura restringit, ut ait hoc loco Beda.

Sobrij perfectè, &c. Oecumenius iungit adverbium (perfectè) cum (sobrij.) Cōsidera, inquit, quod non simpliciter dixit, sobrij, sed addidit, Perfectè, quasi lex tenuem ac introductoriām sobrietatem præbuerit. Alij iungunt (perfectè) cum (sperate) ut indicetur castitas & sobrietas augere spem & perseveratē efficere. Rectissimè vero coniunxit sobrietatem cum castitate, eo quod sobrietas non solum sit amabilis propter se, sicut reliquæ virtutes, sed etiā mater sit castitatis. *Sperate in eam quæ offertur vobis gratiam;* id est, sperate in vitam eternam, quæ vobis

vobis nunc vltro offertur in die iudicij exhibenda. Cur autem vita æterna appellatur gratia dictum est in Tract. 2. de Oratione Dominicā, quia videlicet remissio peccatorum & sancta opera, quibus vita æterna redditur, gratia sunt. Hieronymus contra Iouinianum legit quæ deferenda est vobis. *Quæ filij obedientia,* id est, Sperate tanquam obedientes filij.

Spem enim gerit bona conscientia, sicut mala Aug. in conscientia in desperatione est posita. Non cons- piafat. Psal. 1.

figurati, id est, non accommodantes vos ipsos

pristinis desiderijs, quibus olim cum cæci esse-

tis, adhuc & veritatis expertes serviebatis.

Sed secundum eum qui vocavit vos, id est, ad imitationem eius qui vocavit vos: hoc est, longè à se positos atq; ad verba eius planè surdos magno misericordiæ suæ clamore fugitiuos ad se gratis adduxit. *Sanctum,* id est, sicut Deus qui vos ad gratiam suā adduxit totus est sanctus, sic & vos in omni conuersatione vestra sancti estote. Sanctitas, ait Dionysius cap. 12. de divinis nominib. est omni scelere libera perfecta q; & penitus inquinata mūditia. Et Basilius cap. 9. de Spiritu sancto, dicit eum vocari sanctum, quia est ab omni materia purus & incomposite. Et Cyrillus lib. 11. in Ioan. cap. 25. Sanctū est, inquit, quod à mundi fôrdibus longè abest. Quælibet verò res ex permixtione inferioris atque peioris fôrdida fit: mûda verò

ex con-

IN EPISTOLAE PETRI

ex coniunctione cum meliori. Inde fit, vt sanctum dicatur quod segregatur a communibus rebus, & soli cultui Dei applicatur: vt contra immunda vocantur communia. Hinc sanctificari dicitur, quicquid offertur, sicut ait Cyrillus lib. citato cap. 29. Similiter interpretatur lib. ii. in Leuiticum, vbi dicitur: Sancti estote quia ego sanctus sum. Sicut, inquit, ego segregatus sum & longe separatus ab omnibus quae adorantur siue coluntur, siue in terris, siue in celis, & sicut ego excedo omnem creaturam, & ab universis quae a me facta sunt segregor: ita & vos segregati estote ab omnibus qui non sunt sancti & Deo dicati. Segregari autem dicimur non locis, sed aetibus, non regionibus, sed conuersationibus. Sanè iuxta iam dictos doctores maximè inculcat istud Moyses, Sancti estote, etc. vbi agit de his quae immunda sunt. Item vbi cupit dominus seruos suos distinctam conuersationem habere a ceteris gentibus: aut vbi sacerdotem vult esse segregatum a vulgo, vt Leuit. ii. & Deute. xii. vbi agit de non verscendis carnis immundis. Leuit. quoq; 19: postquam precedentem cap. narravit imundos coitus gentium mandat, Sancti estote, etc. Capite quoque 20. postquam prohibuit Magos consulere, quia & hoc fornicatio vocatur in scriptura, idem inculcat. Et infra interdictis multis incestis connubij: Eritis, inquit, mihi sancti

CAPUT I.

15

sancti, quia sanctus sum ego dominus, & separavi vos a ceteris populis ut essetis mei. Capite quoq; 21. Sacerdos, inquit sit sanctus, dum non permittit ei vilem ducere vxorem. Certè in cibis sumendis, & commixtione carnali immunditiæ sapè cōcurrere etiam vulgo notum est: & de sanctitate huiusmodi immunditiae opposita præcipue hic agere videtur Petrus, sicut ibi, Succincti lumbos mentis vestre, sobrij non configurantes vos, etc. vbi idē significat quod ca. 4. cum dicit, Sufficit præteritū tempus, etc. Et cap. 1. 2. epist. Efficiamini consortes diuinæ naturæ, fugientes eius quae in mundo est concupiscentiæ corruptionem. In hoc autem precepto, Sancti estote, præcipi non tantum sanctitatem, sed eius etiam acquirendæ modum intelligit Leo de ieiunio 7. mensis. Sancti esto, Serm. 8. te, etc. hoc est, inquit, me diligite, & ab his quae mihi displaceat abstinete: facite quod amo, amate quod facio, & cū videtur difficile esse quod iubeo, ad iubentem recurrite, ut unde datur præceptum, præstetur auxilium: non negabo opeam, qui tribui voluntatem.

Et si patrem inuocatis, &c. id est, & quia patrem inuocatis dicendo, Pater noster qui es in celis. Eum qui sine acceptione personarum indicat, hoc est, vt ait Beda, non ut pater carnalis qui filiis peccantibus indulgentius parcere quam famulis consuevit. Deus enim tamquam iustus iudex

C etiam

IN I. EPISTOLAE PETRI

Matt. 8.
etiam eos qui quōdām fuerunt filiū regni ejcīt
in tenebras exteriores. In timore, Ne videlicet
per desidiam & negligentiam tanto patre exī-
statis indigni, & dum tempore præsentis inco-
latus securi estis ad promissam patriæ beatitu-
dinem peruenire non possitis.

Scientes quod non corruptibilis, &c. Quanto
maiùs est preciū quo redēpti estis à corruptio-
ne vitę carnalis, tanto amplius timere debetis,
ne forte ad corruptelā vitiorū reuertendo ani-
mum vestri redēptoris offendatis. Hæc Beda.
Oecumenius quoque in hunc locum, Timor,
inquit, perfectos sanctos semper comitatur, ne
quid ipsis desit eorum quæ dēbet habere per-
fectos. Quod autem iustum Dei iudicium iu-
dicantis secundum vniuersitiusque opus, sine
vlla personarum acceptione, meritò timoris
nobis sit causa, omnibus manifestum est, vt ait

Psal. 118. Propheta: A iudicijs tui timui. Similiter mani-
festum est quod meritò nobis timorem incu-
tiat tempus nostri incolatus, siue quod donec
hic viuimus peregrini sumus, extra patriam
nostram agentes in corpore mortis huius, vbi
tota vita tentatio est, & militia propter innu-
meros hostes & tentationes: sed timoris nobis
causam esse debere, quod Deus sit pater noster
quodq; redempti sumus sanguine Christi, non
perinde est manifestū: Hæc enim magis spem
augere, quam timorem iucutere videntur.

Quo-

Iob 5.

tota vita tentatio est, & militia propter innu-
meros hostes & tentationes: sed timoris nobis
causam esse debere, quod Deus sit pater noster
quodq; redempti sumus sanguine Christi, non
perinde est manifestū: Hæc enim magis spem
augere, quam timorem iucutere videntur.

CAPUT. I.

16

Quomodo docet nos igitur Petrus ex his cō-
cipere timorem? quia nimirum quanto maius
est beneficium, tanto magis supplicium manet
ingratos: Cui enim multum datum est, vt ait Luc. xi.
Christus) multum queretur ab eo. Sic Aposto-
lus Paulus docet Philippenses cū metu & tre-
more salutē suā operari, quia Deus est qui gra-
tia sua in eis operatur velle & perficere. He-
breos quoq; docet ex magna gratia p. Christū Hebr. 10.
præstata magis esse sollicitos, ne forte sanguinē
testamēti pollutū ducāt, & spiritui gratię cōtū-
meliā faciat. Mira sanè Apostolorū & posterio
rū doctorū ratiocinatio, qui inde colligunt nos
debere timere, vnde hodie ab hereticis certū
do veniæ & securitas æternæ salutis statuitur.
Redempti estis: Redimere propriè est dato pre-
cio à seruitute in pristinam libertatem resti-
tuere, quod Galli vocant *Ransoen*. Ut igitur
rectè intelligatur redemptio per Christum fa-
cta, notandum conditos nos primum suisse li-
beros, siue quod idē est, Deo seruientes & pro-
pria sponte subduxisse nos Dei seruituti, no-
strāmq; deseruisse libertatem, sanctosq; ser-
uos peccati, cōque iuste à Deo derelictos sub
potestate principis peccatorum, qui nos capti-
uos detinuit ad suam volūtatem, & simili cum
eo pœnæ iuste addictos. Triplicē igitur incur-
rimus seruitutem peccati diaboli, & mortis.
Dicimus ergo redimi ab iniuitate, de manu

1. Tim. 1.

C 2 inimi-

inimici & de interitu . Quia verò Deus est à quo recessimus , & cuius cum liberi essemus, quondam serui fuimus, ideo Deo redimi dicimur: quia autem dominus noster est , ideo & ipse soluit premium nostrę libertatis, sicut princeps redimit suum vasallum. Hoc autem premium sanguis est Christi siue eius passio: Exigit enim iustitia ut sine sufficienti pœna non remittatur peccatu . Quia verò Deus est qui ius habet nos puniendi, ideo ipsi soluitur hoc premium. At diabolus qui mala voluntate executus est voluntatē iusti iudicis dignus est amittere potestatē puniendi, maximè quādo etiam inuocantem Christum cum nocentibus occidit. Explicat ergo hoc loco Petrus & premium quo redēpti sumus , & seruitutem à qua redēpti sumus: Erat autem ea peccati seruitus , quam Petrus vocat vanam conuersationem, hoc est, quæ nihil sinceræ & solidæ fidelitatis adferebat, quantumuis cecis hominibus multa promittere videretur : imò noxia erat & perducēs ad perpetuam miseriā: cum enim vanā vocat, minus dicit & plus intelligit. Hæc conuersatio erat vita secundum carnem , vita secundum hominem veterem quę consistit in operibus carnis, de quibus ad Galat. 5. Hæc dicitur , Paterna traditionis : quia à patribus & auis gentilium longa serie diligentissimè fuerat obseruata & filijs tradita tanquam bona & honesta per manus tradita. Idcirco autem, paternæ traditionis meminit hic Petrus, vt amplificet beneficium redēptoris . Difficilimum est enim ea dānare esse mala, ac reiūcere quibus à tenetis affueuimus , quæque ab auis & arauis accepta religiosè semper hactenus obseruauimus. A varia conuersations redēpti sunt sancti, dū eis per sanguinē Christi omnis reatus veteris vitæ remissus est, dumq; per eundem sanguinem vincunt serpētem antiquum, ut amplius non conuersentur secundum carnē, nec concupiscentijs suis obedient.

Pretioso sanguine , quia Dei & hominis. Iesu Christi quasi agni : Qui merito comparatur agno propter innocētiā, quod explicat Petrus, dum adiicit: Immaculati & incotaminati. Immaculatus dicitur Christus , quia sine concupiscentia conceptus, sine omni macula peccati, & concupiscentiæ natus fuit: Incontaminatus, quia in vita sua nullo peccato est sordidatus. Adam factus est immaculatus: Similiter & Sathanas: sed propria volūtate sunt posteā contaminati. Alludit autem Petrus ad agnum Paschalem, per cuius sanguinē & esum Israēlitę de Ægyptiaca seruitute & manu Pharaonis, Exod. 12. & interitu angeli pērcurientis sunt redēpti. Frequentissimè autem scriptura tam veteris quam noui testamenti Christum agno cōparat eo quod is designet Christi hominis pro-

prietates, nempe innocentiam atq; puritatem. Item patientiam eius qua nos redemit, vti ait Esaias: Sicut agnus coram tondēte se sine voce, etc. Hircus autē dicitur Christus non propter conditionem propriæ personæ, sed propter fœtorem peccatorum nostrorum, quæ ipse portauit, non autem perpetrauit. Vnde in lege Esa. 53.
Levit. 14 Moy si, & in leprosi mundatione, & parientis purificatione offerebatur agnus: Itē quotidie mane & vesperi & solennioribus festis plures semper agni quam cæteræ pecudes offerebantur. Et in agno Paschali valde clarè designatur Christi passio, effectus passionis, & præcipuum eius sacramentum. Ex quibus patet cur Esaias & Hieremias, Petrus, Paulus, & Ioānes ex reliquis figuris veteris testamenti libentissimè agnum assumant, dum de Christo loquuntur.

Ibid. 11.
Ioan. 9. Præcogniti agni, id est, præordinati, prædecreti, prædestinati. Manifestati, per mysterium incarnationis & euangeli prædicationem. Nostri temporibus, ijs, post quæ non aliud restat tempus, in quo conducantur operarij ad labrandum, siue post quæ nullum restat tempus acceptius, seu maioris gratiæ accipiendæ, aut salutis promerendæ. Tempus enim quod sequitur erit quibusdam nocte, in qua nullus poterit operari, quibusdam dies requiei, vbi non erit necesse operari. Hoc tempus est nouissimum, quia nullum præter istud aliud est, cui priora

priora Prophetarum tépora subserviant, vnde Apostolus: Scripta sunt, inquit, ad correptionem 1. Cor. 10 nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Et sanè Christus ipse alios nulos fidei fundatores post Apostolos expectandos docet, sed Matt. 24. tantum pseudochristos & pseudoprophetas. Sumpsis autem Petrus hanc locutionem, qua vocat tempus gratiæ reuelatæ, nouissimos dies ex Ioële, Michea, atque Esaiæ. Vide August. Joel. 2.
Mich. 4.
Esa. 3. epist. 80. ad Esichiū. Alter autē accepit Christus Ioan. 6. quando dixit: Resuscitabo eum in & 30. nouissimo die.

Propter vos. Hic ait Petrus, Manifestum est quod vobis venerit Christus, & propter vos manifestatus, quia hic est affectus serui fidelis Chrysostomus. beneficia domini sui, quæ communiter omnibus data sunt, quasi sibi propriè præstata æstimare. Sic enim & Apostolus tanquam de se cordis solo loquens ad Galat. scribit: Christus dilexit lib. 2. me & tradidit semetipsum pro me: non quasi extenuans amplissimum & per orbein terrarum diffusum Christi beneficium, sed quia præ ceteris omnibus se solù iudicaret obnoxium. Quid enim interest, si & in alios beneficis fuerit, cum quæ tibi sunt præstata, ita integra sint & perfecta quasi nihil in ceteros inde forer collatum: vnde August. lib. 3. confes. cap. 2. O Tu bone, inquit, omnipotens qui sic curas unumquemque nostrum tanquam solum cures, &

C 4 sic om-

hic omnes tanquam singulos. *Qui per ipsum fideles es sis*, id est, creditis siue credidistis Deo, per ipsum scilicet Christum. Similiter loquitur Petrus Act. 3. Fides quæ per eū, scilicet Christum, est dedit sanitatem istam. Et nemini dubium est quin fides sit per Christum ut Deus est: sed an per eū ut homo est, siue an ipse nobis meruerit fidem quidam dubitant. Hoc vero loco Dionysius Carthusiensis nihil dubitat asserere quicquid virtutis & gratiæ à domino nobis confertur per Christi passionem ac meritum ipsius donari. Cuius sententia etiam ab August. docetur lib. 1. de bono perseuer. cap. 7. epist. ad Sixtum 105. & ad Vitalem. Item lib. 1. de prædest. sanctorum cap. 17. & 18. vbi etiam de fide intelligit locum Apost. ad Ephes. 1. Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Et sanè cum vetus homo noster totus sit crucifixus cū Christo, qui omnia peccata tulit, & omnia opera diaboli dissoluit, & qui sunt Christi, carnem suam cum omnibus vitijs & concupiscentijs crucifigant, etiam infidelitas nostra cum Christo est crucifixa ab eo ablata & abolita, & nos virtute crucis eam vincimus. Crux (ait Leo serm. 8. de passione domini) fons omnium benedictionum est, causa gratiarum: vbi etiam de fide loquitur. Et Apost. 2. ad Timoth. 1. etiam vocationem nostram gratiæ Christi tribuit. Et manifestè

Christus

Gal. 2.

Ibid. 5.

Christus orauit Ioan. 17. vt mundus crederet, sicut & nos in Oratione Dominica iubemur orare pro infidelibus ut credat. Deus pacis (ait Cyprianus in tract. de oratione Dominica) & concordie mater sic orare unum pro omnibus voluit, quomodo in uno omnes ipse portauit. Vide Regulam August. cap. 26. & 27. lib. 1. de peccata, meritis & remissi. de his quæ per Christum adepti sumus.

Et dedit ei, secundum humanam naturam. *Gloriam*, id est, manifestauit quod ipse homo Christus esset verus Deus, & quod regnaret super omnem creaturam ad dexteram Patris, sicut Christus orabat Patrem in passione: *Glorifica me claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te*. Hec gloria data est in ascensione & missione Spiritus sancti de celo. *Ioan. 17.*

Vt fides vestra esset in Deo. Hoc multis modis cohærere potest cum præcedentibus. Primo, vt sit sensus: Ideo suscitauit Deus Christum & glorificauit eum, vt vos crederetis sanctos similiter esse suscitandos & glorificados, & speraretis vos ipsos etiam gloriose resurrecturos. Secundo, hic sensus esse potest: Deus glorificauit Christum, ut ex ipso haberetis fidem & spem in Deum, sicut Act. 5. dicitur: Christus dextera Dei exaltatus ad dandam pœnitentiam Israëli & remissionem peccatorum: Non enim decebat ut Spiritus sanctus daretur, antequam *Ioan. 7.*
Iesus

Iesus glorificaretur. Denique & hic potest esse sensus: Ideo Deus pater Christo gloriam dedit diuinitatis seu mundo ostendit, quod Christus sit verus Deus, ut dum creditis & speratis in Christo non in aliquo mero homine, sed in Deo sit fides & spes vestra. Nisi enim Christus verus esset Deus, iuxta Prophetam Hieremiam, maledicti essent quotquot in Christu sperant.

Hiere.17 *Animas vestras castificantes.* Hieron.lib.1..contra Iouinia. sensum magis quam verba exprimens, sic legit: ut castificemus animas nostras, siue, castificeris animas, vestras in obedientia veritatis: hoc est, ut per fidem qua creditis & obeditis veritati, animas vestras purificetis. Vide eundem in 17.cap.Hiere. Et Cyrillu lib. de recta fide. ad reginas. Ut autem noster textus clarius fiat, intelligendum est Petrum hic redire ad exhortationem sanctae conuersationis: nam totum illud (Scientes quod corruptibilibus) vsq; ad illud (animas vestras) pertinet ad explicationem beneficij redemptionis. Si ergo lector totum id mente eximat, ac tanquam parenthesi inclusum, intelligat totus locus clarius clarius euadet. Prosequitur ergo nunc cuiusmodi eorum, esse quotidianum debeat studium, videlicet purificandi, magis atque magis animas suas. Neque enim renatorum animas sunt, statim omnino puras, siue ab omni vetustate liberæ: sicut pulchre docet Augustinus lib.

nus lib. 2. de peccatorum merit. & remis. ca. 7.
et alijs locis.

In obedientia charitatis. Explicat quomodo animæ purificantur, libenter videlicet et ex eius dilectione Deo obediendo. Nam sine charitate et dilectione legis Dei, non est aliquid verè sanctum ac purum opus, quæadmodum latius in Decalogo explicuimus. Græci legunt Cap.43. hic obediendo veritati per spiritum. Ex frater- & 43. nitatis amore. Quoniam suprà dixerat, Patrem invocatis Deum, præcipit ut vehementer in uicem diligamus amorem verè fraternali.

Simpli. id est, non simulato, hæc enim charitas non minus est puritas animæ nostræ, quæ Dei dilectio. *Renati.* Ostendit ex qua patiuitate fratres sumus, dicēs: Estis omnes fratres ex regeneratione quæ non est similis carnali perituræ & quæ mortem semper adjunctam habet. Incorruptibilis est, hoc est, ducit ad æternitatem & incorruptionem. Similis est locus Ioan.1.. Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, etc. Hieronymus contra Iouinianum legit sic: non ex coitu corruptibili renat, sed ex incorruptione.

Per verbum Dei viui. Renati, inquam, per verbum Dei viui & permanētis in æternum tanquam per semen incorruptibile. Semen enim Luc 8. est verbum Dei, siue potius fides verbi atque conuersio: vti August.lib.2.de pecca. merit. & remis.

remis. cap. 8. explicat: Renascimur autem per verbum credendo euágelio, quod Deus viuuſ & æternus ita firmat ac stabilit, vt eius promissa nunquam sint irrita aut caduca, sed veriſima & tribuentia æternitatem. Quomodo vero fide euágelij renascamur, explicatum est in Symbolo.

Quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Sententia hæc non tam euangelium, quam philosophia est, quam etiam Plato

Hieron. & Aristó. intellexissent. Reuera enim si quis fragilitatem carnis aspiciat; & quod per horarum momenta crescimus atque decrescimus,

nec in eodem manemus statu, ipsu[m]que quod loquuntur, dicamus & scribimus, de vita nostræ parte præteruolat, non dubitat carnem fœnum dicere, & gloriam eius quasi floré fœni, siue prata camporum. Qui dudum infans, subito puer, qui puer repente iuuenis: & vsq[ue] ad senectutem per spacia mutatur incerta: & ante se senem intelligit, quam iuuenem nō esse se miretur. Pulchra mulier quæ adolescentularum post se greges trahebat, arata fröte contrahitur, & quæ prius amori, poste à fastidio est. Quod & egregius apud Græcos scribit Orator: Speciem corporis aut tēpore deficere, aut languore consumi. Sed quorsum hoc loco, siue apud Esaiā adducitur hæc de humanæ naturæ fragilitate philosophia? Locutus fuerat Esaias

de ijs

deijs bonis quæ per Christum habemus: & Petrus renatos nos dixerat non ex semine corruptibili, siue carnali. Adducitur ergo ab eis hæc sententia, vt omnes intelligerent nō posse suis se viribus ad etiágelica hæc bona aspirare: vtque agnoscerent ex nativitate carnali nihil se præter fœnum siue caducum, & inutile ad æternitatem habere quantu[m] videantur florida & speciosa quæ ex natura corrupta præstantur: quia cum spiritus domini floruerit, siue ira Dei in die iudicij exarserit, non apparet amplius speciosa. Vt autem intelligetur iustos posse nos & immortales fieri, subiecit Propheta & Petrus.

Verbum autem domini manet in æternum, h[oc]c est, Euangeliū, siue prædiciō Christi crucifixi & resurgentis pro nostra salute efficax est ve

credentibus tribuat æternitatem.

Hoc est autem verbum, &c. Verbum de quo loquitur Esaias, est euangelium. *Quod euangelizatum est vobis, accipere videlicet à Deo & remissionem peccatorum & bona opera, ac proinde & vitam eternā, quotquot eum per Christum inuocant.* Venerabilis Beda putat nomine seminis incorruptibilis, nō verbum permanens in æternum (quomodo nos intelleximus) sed ipsum baptismū intelligi. Sicut, inquit, incorruptibile est pretium dominicæ passionis, quo redempti sumus, ita etiam incorruptibile est

sacra-

Psal. 2.
& 17.

sacramētū fontis sacri quo renascimur: quæ ita sibi inuicem connectuntur, vt vnum nobis sine altero salutem conserue nequeat: quia nimis dominus nos ita tempore incarnationis suæ sacro sanguine suo simul omnes redemit, vt nos quoque nostro tempore viritum per regenerationem baptismi ad gloriam eiusdem redemptionis (sic enim hic locus est restituendus) peruenire debeamus. Vocab autem baptismum incorruptibilem, quia præstat incorruptionem, sicut & verbum vocatur æternum, vti August. tractatu. 60, in Ioan. dicit in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud virtus permanens: sic aliud est lotio baptismi transiens, aliud virtus manens.

IN CAPVT SECUNDVM.

Demonstrantes igitur, &c. Quoniam Deum Patrem inuocatis, redempti sanguine Christi, & renati Deo per verbum incorruptibile, ideoque fratres effecti, decet vos non solù impuritatem relinquare (vt iam admonui) sanctitati cœlestis patris contrariam: verum etiam ea quæ cum fraterna pugnant dilectione, vt sunt malitia, dolus, etc. Decet vos recens renatos lac verbi Dei concupiscere. Simili ordine Paulus ad Ephes. 4. ad Colossem. 3. & 1. ad Thessalonice. 4. dehortatur primum à sorribus

dibus libidinum, deinde ab iniuria proximi: Ex gula enim & libidine oriuntur ferè, quæ sunt contra proximum iniuria. Omnem malitiam: Malitia est malignitas quæ in tergiuersatione & calliditate sentitur, vt ait Hierony. in ca. 4. ad Ephes. Sicut modo geniti infantes, &c. Beda notam similitudinis refert & ad præcedentia, Deponentes, etc. & ad sequentia, lac concupiscite, quasi dicat Petrus: Quia nuper renati estis, tales modo estote per studium bona conuersationis, quales sunt recenter editi infantes per naturam innoxia ætatis, ignari videlicet malitia, inuidia, dolus, & similia. Et sicut hi lac maternum naturaliter desiderat, vt ad salutem crescere atque ad panem comedendum peruenire valeant, ita vos simplicia fidei rudimenta primo de ecclesiæ matris vheribus querite, hoc est, de vtriusque testamenti doctoribus, qui diuina eloquia vel scripsere, vel etiam viua voce vobis prædicant vt bene discendo perueniatis ad refectionem panis vivi qui de cœlo descendit, hoc est, per sacramenta dominicae incarnationis, quibus renati estis & nutriti perueniatis ad contemplationem diuinæ maiestatis. Sumpfit autem V. Beda iam dictam expositionem ex August. tract. 3. in epist. Ioan. Atque vt melius intelligatur quid sit lac Christianorum, consule August. in Psal. 130. & tract. 98. in Ioan. & ca. 114. Enchiridij, ybi docet

cet eudem articulum fidei esse lac & solidum cibum. Lac ijs qui eum credunt & non perfecte intelligunt: solidum cibum intelligentibus. Ideoq; non sunt apud Christianos aliqua dogmata parvulis siue infirmis abscondenda, nam omnia tanquam lac proponi possunt, sed non statim conandum est, vt infirmi Christiani omnia exacte intelligant. Ideò verò incarnationis domini & quæ in carne gessit frequenter lac dicuntur, & diuinitas cibus: nō quin vtrumq; sit cibus solidus fortibus, & vtrumque lac parvulus: sed quia diuinitas lôgè magis intelligentiam humanam excedit, quam humaniras, & prædicatione incarnati verbi, siue mysteriorū incarnationis magis pascuntur infirmi Christiani, quam subtili prædicatione Trinitatis vel diuinitatis. Videretur autem Petrus respexisse ad ultimum cap. Esaiæ, vbi præcipitur vniuersis, vt Hierusalē matris nostra Ecclesię vbera sugant. *Rationabile:* Addit(rationabile) vt distinguat à lacte corporali, quasi dicat: Lac rationis siue animæ: quanquam vox Græca sicut verti possit: Lac sermocinale siue verbale, aut lac verbi. Quia enim dixerat nos renatos per verbum Dei viui tanquam per semen, nūc ipsum verbum euangelij facit etiam lac. Eodem enim euangelio & renascimur & nutrimur. Sanè sic Vener. Beda interpretatur: Præceptum, inquit, concupiscendi lac verbi tangit eos qui ad

qui ad audiendas lectiones sacras inuiti & fastidiosi adueniunt. *Sine dolo:* Hoc addit, vt distinguat sermonem euangelij in quo nullus est metuendus dolus à sermone philosophorū & peccatorum, qui multis dolis & mendacijs est refertus, quātumuis dulce lac esse videatur, de quo Salomon: Fili mi si te lactauerint pec- Prou.1.
catores, ne acquiescas eis. Sed quomodo Pe-
trus omnes istos comparat infantibus recen-
ter genitis, cum inter eos aliqui fuerint, vt est
verisimile, perfecti & diu renati? Respon. Om-
nes quādiu hic viuimus, parvuli sumus, com-
paratione virilis ætatis & robustæ, quam per-
cipiemus in futuro seculo, licet hic alter ad al-
terum collatus vir dici possit. Vnde & Paulus 1. Cor.13.
& Dauid se lactanti parvulo comparant, vt & Psal.136.
Esaias omnes ad vbera conuocans. Esa.66.

Si tamen gustatis quoniam, &c. Alij libri ha-
bent, gustatis, sed idem est sensus: Concupisci-
te, inquit, lac sermonis euangelici: quod tamen
præceptum priusquam possitis implere, & ad
spiritale istud lac anhelare, gustare, siue gustas-
se oportet, quod dominus Iesus cibus sit dulcis
& suavis. Nam qui, ait Beda, nihil de superna
suavitate animo gustat, non est mirum si hunc
terrestribus illecebris sordidare, nō euitet, ne-
mō desideret siue concupiscit Deum, nisi qui
aliquousque cognoscit eum & delectatur in
eo. Atque hoc est gustare, quod dulcis sit, Om-

D ne quod

ne quod habemus bonum (ait Hieronymus ad Ctesiphontem) gustus est domini. Quāto plus bibo, tanto plus sitio, scilicet fontem vitæ. Alludit autem hic Petrus ad Psal. 33. vbi dicitur: Gustate & videte, quoniam suavis est dominus. Ad quem accidentes, hoc est, fide, precibus, sanctisque desiderijs Christo vos coniungentes. Respicit autem ad illud eiusdem Psalmi, Accedite ad eum & illuminamini, etc.

Lapidem, qui est lapis hoc est firma rupes sustentans totum ecclesiæ ædificiū. Et ne putas eum materialē esse lapidem, adjicit: *Vuum*, quia vita immorali iam viuit, omnes sibi adhærentes viviscans. *Ab hominibus quidem reprobatum*, dum ab eis crucifixus est & reiectus tanquam sceleratus, dum crux eis stultitia reputatur.

A Deo autem electum honorificatum, qui eum regem constituit super omnem creaturam, & ex toto genere humano eū singulariter ad dexteram suam collocauit: & honorificauit, dum dedit ei nomē quod est super omne nomē, etc.

Et ipsi tanquam lapides. Per accessum ad istum lapidem participes efficiunt dignitatis eius, viui & ipsi Ecclesiæ lapides facti. Sicut enim, ut ait Beda, ordines lapidum in pariete portantur alij ab alijs ita portantur fideles quiq; à præcedentibus in Ecclesia iustis, portant & ipsi sequentes iustos per doctrinam & tollerantiam ad ultimum iustum usque. Qui cum à prioribus por-

Luc. 22.
Cor. 1.

Philip. 1.

bus portetur, quæ portare debeat, ipse sequentem non habebit. Qui autem omne ædificium portat, & ipse à nemine portatur, dominus est Jesus Christus. Respicit autem Petrus ad 54. cap. Esa. vbi Ecclesia cōparatur ciuitati constructæ ex lapidibus preciosis. Et fortè etiam ad 16. cap. Matthæi, vbi dicitur super ipsum Apostolum Petrum ædificanda ecclesia, quasi dicat, Petrus fidelibus: A lapide Christo non ego solū sum Petrus siue lapis, sed & vos omnes Petri estis, sicut infra à Christo rege & sacerdote atque doctore, sanctoque sanctorum omnes fideles, reges, sacerdotes Dei, precones, sanctosque dicit. *Viui*: Viuos lapides, inquit Beda, appellat electos, vt conatum insinuet bonæ intentionis siue actionis eorū, quo præueniente se ac comitante Dei gratia semper exerceri debeant. mortui namque, id est, materiales lapides cum parantur aut ponuntur in ædificationibus, nil ipsi laborem operantis iuuare, nil etiam per se nisi cadere possunt, sed quocunq; & ubique à structore positi fuerint, ita ibidem insensibiliter perdurant, aut elapsi decidunt. *Superædificamini*. Græcè est tantum ædificamini. Superædificari illos dicit, quia sine domino Christo fundamento nulla spiritalis ædificatio inchoari, nulla stare potest. Et rectè eos ait ædificari, quia ad finem usque vitæ huius semper ædificari, & cœlesti ædificio adaptari

D 2 debe-

debemus. *Domus spiritualis, &c.* Annotat V. Beda hunc locum variè legi: Quosdam enim codices habere domus spiritualis, alios in domū spiritualem: nōnullos domos spirituales, quod intelligendum est in domos spirituales. Sensus idem est, nempe fideles ita ædificari super fundatum Christum, ut constituant vna domum spiritualem, siue multas domos, ex quibus tantum vna domus conficitur, in qua habitat dominus Deus: sicut cum sit vna Ecclesia Catholica toto orbe diffusa, saepè tamē pluraliter appellantur Ecclesiæ, propter multifaria scilicet fideliū conuenticula varijs tribubus, linguis, & populis discreta. Vox ista (spiritualis) vocabulum est scholæ Christianæ, & idem est atque si diceret, allegoricum siue figuratè dictum, siue per aliam rem sensibilem figuratum aut figuratè significās, & aliud præfigurans. Sic vocabulū hoc usurpatum ad Corinth. 10. & Apocalyp. 11. & similiter hoc loco. Est enim sensus, quod Ecclesia non sit domus constans lignis & lapidibus corporalibus, sed domus figuratè dicta, & significata, siue præfigurata per sensibile & propriè dictā domum, nempe per tabernaculum Moysi & templum Salomonis, sicut patet Actuum 7. & 2. Reg. 7. Prorsus verò cauendus est hic hereticus commentarius, quo ecclesia intelligitur dici domus spiritualis, quia occulta est & inuisibilis.

Sacer-

Sacerdotium sanctum offerre spirituales hostias, hoc est, ad offerendū. *Per Iesum Christum.* Refert hoc Beda ad omnia præcedētia, quia videlicet per Christum, ac ipsius gratiam superædificamur in illo & domus spiritualis efficiuntur, & boni aliquid Deo acceptabile agimus. Poteſt nihilomin⁹ referri ad illud quod dixit (hostias acceptabiles) quia per Christum Pontificem nostrum preces nostræ sunt gratae: nam per ipsius meritum impetramus, quod perimus. Ipse preces nostras Deo repræsentat, & sua interpellatione commendat ut exaudiantur. Ipse laudes nostras & gratiarum actiones omniaq; bona opera quibus Deo sacrificamus tāquam sacerdos noster offert, & sua gratiarum actione commendat. *Propter quod, &c.* Quia dixerat Christum lapidem viuum à Deo electum & honorificatum, ad hoc probandum adducit scripturam Esaïe. Continet scriptura: Græci paulò aliter legūt, sic videlicet, propter quod continet in scriptura, cuius sensus est, Quia Christus lapis est, per quem ædificamur & sacerdotes efficiuntur, ideo ipse dicitur in scriptura continere siue amplecti, hoc est, firmum aliorum fundamentū esse. *Ecce pono in Sion: Rem nouam Esa. 28.* valde (ait Propheta) promittit vobis Deus: cū enim tam impij sint homines, ut mereātur fibi mitti exterminatores, dominus bonū pro malo reddens, *Saluatorem mittit.* Ego, inquit, do-

D 3 minus

minus Deus tuus ponā in Sion, hoc est, in Ecclesia nata ex Iudeis in Hierusalem, siue in monte Sion: Ponam inquam tanquam fundatū (sic enim habet Esaias: Mittam in fundatū Sion.) Lapidem, id est, ipsum Christum, qui lapis dicitur propter firmitatem. *Summum angularē*: Græcè est vñica dictio ἀκρογωνιαῖος, quasi dicas: Summangularē. Locutione Hebreæ principes & reges, siue primores populi vocatur anguli populi, ut patet Iudic. 20. 1. Reg. 14. & Sophonix 3. Christus ergo ideo dicitur lapis summangularis, quia primariū & principale fundamentum, siue principalis rex, et rector est totius Ecclesiæ. Ob hoc quoq; angularis dicitur, quia sicut lapis angularis vtrūq; parietem nequit, ita ipse duos populos Iudeos, & Gentes in se cōiungit. *Probatum*, id est, valde approbatum ob pietatem & sapientiam, gloriam miraculorum, & similia. *Electum*, præ omnibus participibus suis, præ omni creatura.

Pretiosum, ut qui perfectè iustus sit, nec solum homo, verum etiam Deus sit. Allegat autem Petrus istum locum Esaiæ, & secundum Hebraicam veritatem, et secundum Septuagintam: Nam Septuaginta non habent (probatum) sed Hebrei. Et Hebrei non habent (electum) sed Septuaginta. Sensum quoque nō ordinem verborum seruauit.

Et qui crediderit in eum: Dictū hoc Prophetæ illi

illi responderet quod dixerat Petrus: Et vos tanquam lapides viui superædificamini. Qui ergo crediderit, inquit, in eū, hoc est, fide non mortua, sed per pœnitentiam et spem sollicitè pro iustificatione et vita, Deum per Christum inuocante. Nam spem includi hic arguit illud, non confundetur. Is enim confunditur, id est, pudebit et frustratur, qui quod sperabat nō cōsequitur. Vnde Apostolus ad Rom. 10. vtrūq; testimonium et Esaiæ, et Ioëlis cōiungit: Omnis qui credit in illum non confundetur. Et Ioel. 2. omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Non confundetur, id est, non frustrabitur expectata salute, non pudebit, scilicet in die iudicij. Sicut ait Ioánes: Et nunc filjoli manete 1. Ioan 2. in eo, ut cum apparuerit, habeamns fiduciam, et non confundamur ab eo in aduentu eius. Hebraicè est in Esaiæ: Qui crediderit, nō festinet. Cuius sensus est: Qui crediderit, expectet patienter, etiamsi non mox venerit ille lapis, vel non statim apparuerit quod sit primarius rex: quia certissimum est vñtrum eum et qui in ipsum sperant liberaturum. Similis locus est Abacuc 2. *Vobis igitur honor credentibus, &c.* Ille nimis honor, ut non confundamini ab eo in aduentu eius: sed sicut ipse ait: Si quis 1. Ioan 12. mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Alter Oecume. Christus, inquit, vobis est honor qui cōdetis in eum, hoc est, Christus

D 4. vobis

vobis est pretiosus, qui nos tis eum Saluatorem
vestrum esse. Non credentibus, &c. non placet hoc
loco commentarius ille, qui versum Psal. La-
pis quem reprobauerunt, etc. includit paren-
thesi, & illud, non credentibus, iungunt cum
eo. Et lapis offensionis, etc. ita ut Christus di-
catur lapis offensionis omnibus qui non cre-
dunt in eum: Esaias enim cap. 8. ex quo Petrus
hoc desumpsit. Et Apostolus Paulus ad Rom.
9. & ad Corin. 1. Iudei tantum dicunt Chri-
stum fuisse scandalum & lapidem offensionis,
non Gentibus. Iudei enim ideo impegnisse, &
scandalum passi dicuntur in Christo, quia prin-
cipio boni quidem aliquid habebant, & recto
itinere ambulabant colentes verum Deum, sed
dum Christus aduenit in similitudine carnis
peccati, offensi eius infirmitate & humilitate
non procererunt in inchoato bono, verum non
credentes Christo à bono quod habebant, exci-
derunt. Siquidem impingere ambulantibus est.
At gentes idololatrx nihil boni habebant, sed
in seductione & persuasione antiqui serpentis
permanentes, sapientiam yanam quærebant,
cupientes esse nō Deo subditi, sed sicut dij scien-
tes bonum & malum: ideoq; Christum cruci-
fixum, velut stultitiam irriserunt: quare nec pro-
priè scandalizatae sunt in Christo, ad eum iter
suum minimè dirigentes. Primum ergo dicit
Petrus cuiusmodi Christus sit omnibus non
creden-

^{1. Cor. 1.}
^{Gen. 3.}
^{1. Cor. 1.}

credentibus: Deinde quid peculiariter Iudei
non credentibus. Hoc igitur (non credentibus)
iungitur cum illo, Lapis quem reprobauerunt
ædificantes, quemadmodum iungit & Beda, ut
sit sensus: Non credentibus Christus est lapis
reprobatus, reiectus, & contéptus ab ipsis ædi-
ficantibus. Obscuritas grammaticæ oritur ex
adiectione particulae (ædificantes) quam Petrus
adiecit, quia integrè voluit ponere versiculum
Psal. 117. Potest etiam illud (non credentibus)
iungi cum (factus est in caput anguli) quasi di-
cat: Petrus, Non credentibus Christus est lapis
principalis, id est, supremus dominus, qui inui-
tis violenter dominetur, sicut Hiere. 21. dicitur,
Dominus dominatus eorum qui ei rebelles fue-
runt, dum eos acriter puniuit. Et sanè Christus
non tantum lapis vocatur, quia super credentes
regnat, et duos populos in se cōiungit, sed etiā
quia omnes impios cōterit: ut patet Dan. 2. &
Matth. 21. Sensus versiculi Psal. 117. hic est.
Cum insigne quoddam ædificium institueretur,
fabri & cementarij lapidem quendam tanquam
prorsus inutilem ædificio omnino reiecerunt:
post tamen is ipse lapis factus est torius ædifi-
cij primarium fundamentum, utrosque parie-
tes seu muros eius firmissima iunctura con-
nectens. Porro ædificium hoc ecclesia Dei est.
Ædificantes, sacerdotes sunt doctores et senio-
res Iudeorum. Lapis est Christus ab eis à Deo
repro-

reprobatus, ut eum crucifigerent. Et lapis offensionis, ad quem impingant. Et Petra scandali, ad quam ruat. Hū qui offendunt verbo, hoc est, his qui impingunt ad verbum euāgelij, dum illud audientes ei resistunt ac blasphemant, et ab inchoato bono resiliunt. Nec credunt in quod & positi sunt, id est, ad quod. Didimus in epist. huius commentariolo illud (in quod) referūt ad non credendū et ad offerendū incredulos. Ad hoc enim, inquit Didimus, hoc est, ad non credendum et offendendum in eo positos dicit eos, qui ab eius doctrina dissentīt. Est autem positio qua positi sunt voluntaria, initium non credendi gerens. Similiter et Oecumenius. V. Beda intelligit (in quod) id est, ad credendū. In hoc positi, inquit, et in hoc per naturā sancti sunt homines, ut credant Deo et volūtati eius obtemperent, Salomone attestante, cum ait, Eccles. 12 Deum time et mandata eius obserua, hoc est omnis homo: hoc est, in hoc naturaliter factus est omnis homo, ut Deum timeat et mandata eius obseruet. Amplius Lyranus, qui specialiter de Iudeis istud intelligit, qui ad credendum ordinati sunt, nō solū quia homines erāt, sed quia legem et cæteronias atq; Prophetas ad Christum eos præparantes habuere. Factus est autē Christus lapis offensionis Iudeis, dum propter carnis infirmitatem, et scandalū crucis pro Messia eum non receperunt. Rursus, dum

dum (ut ad Rom. 9. explicat Apost.) agnoscerē noluerunt opus sibi esse ad iustificationem, redemptore et Salvatorem, putantes se suis viribus cognita lege posse iustos fieri et Deo placere. Ideoque in Iesu etiam si iustum eum reputarent, nō videbant nisi exemplum patientiæ, sicut & in ceteris Prophetis & iustis: quare nec illis eum præponere voluerunt. Nota Augustini sententiam dicentis serm. 15. de verbis Apostoli: Noli putare quia Christianus vocaris, ideo te non posse offendere in lapidem offensionis, cuius gratiæ derogas, in ipsum offendis. Minus est offendere Christum in cruce pendente, quam in cœlo sedentem. Simili locutione dicitur litera occidere: & prædicatio euangelij quibusdam odor mortis in mortem: quia videlicet peccatum occasione legis magis inualescit, & maior damnatio incurritur. Sic prædicatio euangelij quibusdam mortifer est odor.

Vos aut genus electum &c. Distinguit Christianos ab infidelibus Iudeis, ostenditque quid ex Christo habeant dignitatis: & dignitatem promissam Iudeis sub conditione, si videlicet obdiren̄t Deo, Christianis tribuit absolutè, eo quod hanc obedientiam Deo iam præstarent. Scriptura autem ad quam respicit est sumpta ex cap. 19. Exodi, vbi sic legitur. Et ait dominus ad Moysen: Hæc dices domui Iacob, &

I. Cor. 3.
Ibid. 4.

annun-

annuntiabitis filiis Israël. Vos ipſi vidistis quid fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de omnibus gentibus ac populis: Mea enim est omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta. Vocat ergo eos genus electum, hoc est, progeniem electam per Dei gratiam ex toto genere humano ceteris omnibus in tenebris relictis. Pro hoc habet Moyses: Eritis mihi in peculium praecumctis populis. Et Septuaginta: Eritis mihi populus pecularis ex omnibus gentibus.

Regale sacerdotium. Habemus hic in Exodus: Vos eritis mihi in regnum sacerdotale: Septuaginta habent, sicut Petrus hic allegat. *Populus acquisitionis*, id est, populus acquisitus siue lucrificatus Deo, factusque; Dei possessio. Pro isto habet Exodus: (assumpsi vos mihi) Sicut & Paulus dicit Act. 20. Christum acquisiuisse sanguine suo Ecclesiā. *Vt virtutes annuntietis eius, &c.* quasi dicat: Hę dignitates nō sunt vestris viribus, seu meritis comparare, sed gratia & misericordia dei siue in laude gloriae & gratiae Dei, vt vos tam ex iis dignitatibus perceptis annuntiaretis virtutes & vires siue potentiam eius qui, *Vocauit vos, gratia sua, non tali vocatione qua vocati sunt*

Matth. 22 qui venire noluerunt, sed tali qua etiam venire vos fe-

vos fecit, de qua scriptum est, *Omnia cooperatur Rom. 8;* in bonū his qui secundū propositū vocati sunt sancti. *De tenebris*, scilicet infidelitatis & vitiorum. In admirabile lumen suum, id est, ad Christū, qui lux vera nos illuminat, omnes tenebras discutiens. Est verò magna potētia Dei eruere hominē de potestate tenebrarū, quæ tāto tempore pro sua voluntate eum captiuum tenuerant, & in eo operabātur. Est & admirabile lumen ad quod vocati sumus, quia nunquā illud comprehendere possumus, & mirabilē cōversationem in nobis operatur, atque perducit nos ad id quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Meritò igitur prēdicamus pro tanto munere, Dei virtutē, potētiam, atque bonitatē, gratias agētes corde: & oris confessione, pījusque operibus Deū apud alios glorificātes; sicut Oecume exponit. Neque enim Petrus vult hic omnes Christianos esse prēdicatores siue cōcionatores euāgelij, (nā Paulus mulieribus id prohibet) sed vult omnes Christianos pro suo modulo dilatare gloriā Dei, eo modo ostendēs oēs eos à Christo prophetas esse prophetas siue precones, sicut ab electo sunt electi, à sacerdote & rege sacerdotes & reges, à sancto sancti.

Ceterum alludit hic Apostolus ad Exodi historiam, quæ refert filios Israël validissima manu, maximisque portentis ex Aegypto (quæ & 13. interpretatur tenebris) eductos, admirabilem haben-

I N I. E P I S T O L A E P E T R I

habentes columnam itineris sui ducem, quā
interdiu refrigerabantur, noctū autem illuminabuntur: Ea Christum qui vera lux est seu
Jean. i. Spiritum sanctum præsignabat. Traduntur ibi-
Exo. 15. dem in hoc egressu carmen Deo cantasse, quo
Exod. 11. eius potentia prædicarunt: iubenturq; Pascha-
& 13. li ceremonia & primogenitorum oblatione
Deut. 26 huins semper beneficij meminisse, atque idipsum in die Penthecostes etiam ore verbisque
profiteri.

Circa hæc duo loca, Sacerdotium sanctum offerre spirituales hostias, & regale sacerdotiū, ante omnia reiçere oportet hæreticum commentarium, qui docet nullum esse sacerdotiū, quod nō sit omnibus Christianis ex æquo cōmune: cum veterū omnium traditione cōstet esse quoddam sacerdotium in Ecclesia Christi, quo non liceat omnibus fungi. Vnde in Synodo Nicæna dicuntur diaconi nō habere potestatem offerendi corpus & sanguinem Christi. Et Pepusiani & Collyridiani iam olim inter hæreticos annumerati sunt, quod mulieribus sacerdotium tribuerent, sicut est videre apud Epiph. Epiphanius & Augustinum. In primis igitur hæres 49 videamus quæ sit huius loci veterum exposi- & 79. tio. Quia igitur omnia quæ hic dicuntur com- Aug. hæ- munia sunt omnibꝫ Christianis. (Omnes enim adificatur ut sint spiritualis domus, vel de domo spirituali, omnes sunt genus electū, sancti, acqui-

C A P V T . II.

30

acquisiti de tenebris, vocati in lucem, cōsecuti misericordiam, pertinentes ad populum Dei.) Ideò Beda & Oecume. docēt omnes Christianos hic etiā appellari sacerdotes & reges: maxime cum & Ioannes in Apocalypsi consimi- Ca. 1. & s. liter loqués omnes faciat sacerdotes & reges. Sic etiam August. lib. 2. quæst. euange. cap. 40. & Leo serm. 3. de anniversario Pontificatus. Nec mirari quispiam debet, quod hic locus ex Exodo sumptus designet regiam & sacerdotalē dignitatem omnibus cōuenire, cum veteri populo toties inculcatum sit, vt sacrificaret sacrificium iustitiae, immolaret Deo sacrificium laudis, & spiritus contribulati: & Esaias prædicens gratiam noui testamenti, sine vlla obediētia conditione adiecta (vtpote præscius Christianos fore obedientes) dicat, vos sacerdotes domini vocabimini. Et Psalmus penultimus sanctos omnes hanc habere gloriam, vt expugnent inimicos domini, eosque tanquam reges puniāt. Reges autem sunt omnes sancti, quid enim tam regium, quam subditum Deo animum sui corporis esse rectorem? quid tam regium, quam vincere mūdum & Sathanam, sicut loquitur Ioánes? quid tam regium quam vincere peccatum & mortem, & iudicare hūc mundū, vt loquitur Paulus? Pulchritè autem 1. Cor. 6. vocat regale sacerdotium, siue quod idem est, regnum sacerdotiale, quia regnum Christianorum non

Psal. 4.

Psal. 49.

Psal. 50.

Esa. 61.

Leo ser. 3
de anni.
ponti.

1. Ioan. 5.

1. Cor. 6.

rum non consistit in hoc, vt nullis subsint vel seruant: sed ideo reges sunt, quia Dei sunt sacerdotes, seu quia Deo se offerunt. Servire enim Deo, verè regnare est. Primum enim oportet, vt nos Deo subijciamus ac immolemus: deinde vero sequetur de hostibus victoria, atque super omnia domini bona constituemur. Coniunguntur vero ista duo, Regnum & Sacerdotium, vt distinctio sit Christianorum à regibus terrenis veteris testamenti & sacerdotibus Iudaicis. Nam in veteri testamento tribus regalis erat à sacerdotali distincta. Sacerdotes vero sunt omnes Christiani ad offerendum (ait Petrus) spirituales hostias, quae vocat elemosynas, preces, aliaq; opera bona. Spirituales autem dicit ad distinctionem carnalium in lege victimarum, sicut interpretatur Beda. Et Leo ferm. 3. de anniversario Pontificatus. Quid, inquit, tam sacerdotale, quam vovere domino conscientiam puram, & immaculatas pietatis hostias de altari cordis offerre? Oecumenius quoque: Spirituales, ait, hostiae Deo longè gratiores sunt hostijs ratione carentibus. Ex quibus patet quod hi tres doctores intelligunt hostias dici spirituales, quia interni mentis actus sunt, siue quia spiritus noster eas in se habet. Possunt nihilominus dici spirituales, quia per hostias pecudum veteris testamenti designantur. Fortasse simplici Lectori haec tenuis satisfecisse

fecisse videbimus in explicando sacerdotio regali: sed exactius quis consideras, obiectat: Petrus docet hoc loco Christianos à Christo sacerdote esse sacerdotes, & à Christo Rege reges: sed sacerdotium Christi est secundum ordinem Melchisedech, & regnum eius non est Psal. 109. solum in hoc positum quod corpus subiectum habet, sed potius quia homines ei subiecti sunt: sedet enim super solium David, & regnat in domo Iacob: & dicet in die iudicij tanquam rex, Ezai. 6. Venite benedicti Patris mei, etc. Er: Ite maledicti, etc. Igitur omnes Christiani sunt sacerdotes secundum ordinem Melchisedech, offerentes scilicet corpus & sanguinem domini sub specie panis & vini: omnes iterum reges ceteris praepositi. Huic argumento, vt respondeamus primo de sacerdotio secundo de regno differamus. Fortassis non aberrauerit, qui putat hoc loco omnes Christianos dici sacerdotes secundum ordinem Melchisedech, offerentes Deo & seipso per proprias concupiscentias ad honorem Dei mortificationem, & ipsum Christum quondam pro nobis crucifixum, & nunc sedentem ad dexteram Patris, & interpellans pro nobis, & hanc suam oblationem sacramento altaris designantes, dum offerunt Deo corpus & sanguinem Christi sub specie panis & vini, ministerio tamen eorum datum, qui ex Christi institutione ad hoc constituti

E sunt,

sunt, ideoque specialiter sacerdotes vocantur. Vnde, inquit Canon Missæ, Memores domine nos tui serui, sed & plebs tua sancta eiusdem Christi filij tui, etc. offerimus, etc. Augustinus quoq; lib. 10. de ciuit. Dei cap. 10. Christus, inquit, sacerdos est, ipse offerens, ipse & oblatione cuius rei sacramentum quotidianum, quotidianum voluit esse Ecclesia sacrificium, cum ipsius corporis ipse sit caput, & ipsius capitis ipse sit corpus, tam ipsa per ipsum quam ipse per ipsam suetus offerri. Ecce Eucharistiam dicit esse sacrificium Ecclesia, & ab ipsa Christum offerri cōsuetum. Corpus autem & sanguis Christi rectè dicuntur multæ oblationes seu hostiæ, eo quod sèpius Deo offeratūr. Spiritus verò hostia vocatur, quia caro & sanguis Christi non tanquam nuda caro & nudus sanguis offeruntur, sed tanquam caro & sanguis filij Dei sive unita diuinitati. Rursum quia ab Ecclesia puro corde offeruntur. Item quia alienis speciebus aliud sensui offerentibus, aliud spiritu designantibus occultata offeruntur. Deniq; quia per vetera sacrificia legis Moysi sunt præsignata. Simili modo omnes Christiani rectè reges vocantur, non solum quia carnem spiritui subiiciunt, verum etiam quia alios regunt & gubernant, pījs bonatribuētes, impios punientes, aduersarium Sathanam debellantes, quæ sanè omnia regū sunt officia. Hinc Esaias Ecclesia

ecclias dicit: Cens & regnum quod non seruierit tibi, peribit. Et apud Daniel. dicuntur omnes reges seruituri & obedituri populi sanctorum altissimi. Sic in Psal. præficiuntur sancti Psal. 149. omnes ad vindictam in nationibus. Id ut pleniū intelligamus, aduertēdum, quod tota ecclasia tanquam Sara mater sit, quæ parit Christo omnes filios promissionis: Rursus, quod omnes sancti penitentibus peccata dimittat, quod leges ferant, & non solum iudicatuī sint hunc mundum in futuro seculo, sed & nunc quoque, alligantes peccata, impiosq; dannantes, quemadmodum ait Christus: Si Ecclesiā Mat. 18: siam nō audierit, inquit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Et hæc quidem omnia faciunt, sed sacerdotum ministerio, qui non solum ad sacrificandum, sed etiam ad regendum peculiariiter sunt ordinati, sicut ait Paulus loquēs presbyteris Ephesorum: Spiritus sanctus, inquit, posuit vos episcopos regere Ecclesiam Dei. Et Leo serm. 3. de anniuertario pontificatus: Omnes regit Petrus, quos principaliter regit & Christus. Ignatiū quoque epist. ad Smyrnenses: Ego dico, inquit, honorate quidem Deum ut authorem omnium & dominū: Episcopum Vide Epiph. autem tanquam principem sacerdotum, imaginem Dei ferentem, principatum secundum Naz quæ est 29: Deum, sacerdotium verò secundum Christum. Hic Ignatius in regendo comparat episcopum

Deo: In orádo & sacerdotij functione, Christo secúdum humanam naturam. Quomodo verò hoc regimen ad omnes pertineat, explicat August. lib. 20. de ciui. Dei cap. 9. Regnant, inquit, nunc cum Christo sancti eius, nec tamen regnant cum illo zizania, quamuis in Ecclesia cum tritico crescant. Et post pauca: Quid isto tempore agat Ecclesia, explicat Ioannes, dicens: Vidi sedes & sedentes super eas, & iudicium datum est: non hoc putandum est de ultimo iudicio dici, sed sedes præpositorū, & ipsi præpositi intelligendi sunt, per quos Ecclesia nunc gubernatur: Iudiciorū aurem datum nullum melius accipiēdum videtur, quā id quod dictum est, Quæ ligaueritis in terra, ligata erūt & in cœlo. & quæ solueritis in terra, erunt soluta & in cœlo. Vnde & Apostolus: Quid mihi est, inquit, de his quæ foris sunt iudicare? Nōne de his quæ intus sunt iudicatis? Non rectè autem explicantur, regnum & sacerdotium, si tantum prælatis tribuantur: Nec rectè, si Ecclesia solum in Prælatis hæc habere dicatur. Prælatus enim malus, nec regni, nec sacerdotij Christi particeps est, sicut dicit August. zizania non regnare, quamuis per ministerium zizaniorum, per regimen & sacerdotalem ipsorum functionem boni Christiani reges sint & sacerdotes: sed sic accipienda sunt regnum & sacerdotium Ecclesiæ, quia ipsa potestatem regen-

Apoc. 20

Math. 13

1. Cor. 5.

regendi & Deo sacrificandi pro sua utilitate in prælatis habet; & ut sacrificium eorum gratum sit, regimenque profit ipsius Ecclesiæ pietas facit, & à Deo impetrat: sacrificium enim sacerdotum, & regimen prælatorum non ideo præcipue à Deo respicitur, quia ipsorum est prælatorum, sed quia totius Ecclesiæ, quæ sponsa est Christi, & vñica eius amica.

Qui quondam non populus Dei, etc. Adducit Prophetam Osee de vocatione gentium aperte loquentem, & quanta misericordia illis facta sit ostendente. Græci legunt, nō populus, omisfa vocula, Dei, quo modo si legatur, allusio sit etiam ad Cäpticum Moysi, vbi sic legitur, Ego Deut. 32. prouocabo eos in eo qui non est populus, etc.

Est autem hic sensus, Qui quondam eratis ita immersi tenebris peccatorū, ut Deum verum nō agnosceretis, nec aliquam spem in eo haberetis, ac proinde nec digni qui haberemini populus Dei, aut etiam populus, nunc estis eius misericordia, & populus, & populus Dei, agnoscentes nimis & colens Deum. Ad hæc, qui eratis absque omni misericordia, siue quibus Deus nō præstabat ullam misericordiam, qua salutem sperare possetis, nunc misericordiam consecuti estis, qua Deo reconciliati & iustificati, hæredes secundum spem vitæ æternæ effecti estis. Id quod ad Ephesios latè expliciti Paulus. Quod autem Gentilium Ref.

Ephes. 2.

E 3 publica

IN I. EPISTOLAE PETRI

publica verè non fuerit populus, ostendit August.lib.19.cap.21.de ciuitate Dei: Neq; enim fuit cœtus multitudinis iuris consensu & vtilitatis communione sociatus, eo quod non sit ius vel iustitia, vbi Deo non seruitur. Advertenda est hoc loco secunda regula Tyconij, quam ponit August.lib.3. de doctr.Christiana cap. 32. Non enim necessario in vna persona verba Petri complétur, sed in vno populo cuius prior pars erat dedita idolis, posterior cultui Dei, licet quidā eorum impij prius essent, posterius pij. Habentur interim quæ hic ciitat Petrus, similiter & Paulus ad Rom.8.ca.1. & 2. Osee. Quæ vt rectè intelligantur ab eis producta, notandum Osee tres proles, siue vnā problem ter in visione repetitam habuisse: Appellanturque Iezrael, quo nomine Metropolis regni decem tribuum appellabatur, Absque misericordia, Non populus meus. Designant autem hæ tres proles ipsas decem tribus quæ 4 Reg.17 ductæ sunt in captiuitatem ab Assyrijs, nec vnquam inde sunt liberatae. Porrò decem tribus præfigurabant populum gentilem, qui ad Christum conuersus est: sicut contra tribus Iuda, & Beniamin præfigurabant Iudeos illos, qui Christum venientem in propria receperunt. Vnde Ezechiel describēs regnum Christi, dicit quod unus populus esset Ephraim & Cap.16. Iuda, hoc est, Cœtiles, & Iudæi. Ac rursus dum dicit

C A P V T . II.

34

dicit Samariam & Sodomam restituendas, significat Gentiles contiuetendos ad Christum. In fine igitur primi capitil Osee, iuxta 4. regulam Tyconij omisla mentione corporalis captiuitatis decem tribuum, statim transit ad gentium à spirituali captiuitate liberationem, dum dicit: Et erit numerus filiorū Istraël quasi aenea maris, quæ sine mensura est & non numerabitur: & erit in loco vbi dicetur eis, non populus meus vos. Dicetur eis, Filii Dei viuentis, & congregabuntur filii Iuda, & filii Istraël pariter, & poscent sibi met caput vnum, & ascendent de terra quia magnus dies Istraël. Certe nunquam decem tribus sunt à captiuitate reuersæ, nec vnquam cōiunctæ sunt duabus tribubus, vt vnum regnum fieret, ne vnquam fuit magnus dies corporalis Istraël, siue decem tribuum: sed completa sunt hæc, quando & gentes & Iudæi suscepérunt vnum regem Christum. Tunc enim fuit magnus dies spiritualis Istraël, hoc est, Gentium in numero innumerabili cum Christo regnatiū. Cap.2.alloquitur Propheta cōuersos ex Iudæis, monetq; vt ad gratiam Christi vocent Gentiles, & superbam synagogam reiscent. Dicite, viri, fratribus vestris populus meus & sorori vestre. Misericordiam consecuta: Iudicate matrem vestram, iudicate quoniam ipsa non vxor mea, et ego non vir eius. Deinde recensitis sceleri-

Osee.1.

E. 4. bus si-

bus synagogæ lærisima promittit Ecclesiæ ex Iudæis conuertendæ. Tum de gentibus subdit quæ per Iesraël siue decem tribus significatur: Triticum, vinum, et oleum exaudient Iesraël, et seminabo eā mihi in terra, et miserebor ejus quæ fuit absq; misericordia, et dicam nō populo meo, populus meus es tu. Hæc eo dicta sunt, ut intelligentur Petrus et Paulus Osee Prophetam, iuxta germanum eius sensum citasse.

Charissimi obsecro vos tanquam, &c. Intermiserat paululum exhortationem ad bonâ vitam, occupatus declaratione gratiæ Dei, nūc ad priorem exhortationem reuertitur, admonens ut cogitantes nos esse exules, et extorres obiterq; per hunc mundum tanquam per alienam terram ad cœlestem patriam festinare, non quæramus ea quæ mundi huius ciues expertunt, nullam extra terrenam hanc, aliam patriam cogitantes, eoque vitæ huius voluptates, opes, honores tanquam summa bona, auidissimè persequentes. *Abstinere vos, &c.* ut ne videlicet eis obediatis. *Quæ militant aduersus animam,* quia contra spiritum nostrum quatenus Dei spiritu reformatus est concupiscit corrupta caro, eūq; depravata ac perire conatur. *Conuersationem habentes bonam,* id est, honestam siue exemplarem. *Inter gentes, infideles.* Ut in eo quod detractionant, etc. Hoc est ut detractionem qua detra-
hunt

hunt vobis tanquam maleficiis & sceleratis hominibus verrant in gloriam Dei, dum vos ex bonis operibus quæ in vobis eluxerint astimabunt. *In die visitationis:* Græcè est episcopatus seu inspectionis. Visitationem (ait Oecumenius) vocat inquisitionem mundanorum. Cum enim sit ab eis inquisitio de vita nostra, vbi res contrario modo se habere reperintur, quam fuerit eorum suspicio, non solum pū defiunt, sed & ipsi corriguntur, & Deus glorifieatur. Aliter Glosa ordinaria: In die visitationis, id est, cum Deus eos per gratiam suam visitauerit. Nisiquam enim pia Christianorum vita impium conuerterit, nisi Deus singulari eū gratia respexerit. Cuiusmodi verò fuerint gentium in primitiis Ecclesia detractiones, iam videamus. Iustinus Martyr in Apologia prima pro Christianis dicit eis fuisse impositū, quod humanis carnibus vescerentur. Et in 2. Apologia, quod in mysterijs promiscua vene-
re vterentur: additumque se dum adhuc gentilis esset cogitasse, quod impossibile esset eos sectari tales voluptates qui tam cōstanter mortem adirent. Prioris calumniæ meminit etiam Eusebius 5. lib. ecclesiast. historię cap. 1. & sequentiibus, vbi narrantur quidam infideles serui accusasse dominos suos Christianos tanquam Tyestæas cœnas præpararent, hoc est, carnibus filiorum vescerentur: Quod recte interpreta-
tur Oecu-

IN I. EPISTOLAE PETRI

tur Oecumenius inde ortum, quia pagani serui audierant ex dominis suis vesci eos in mysterijs corpore & sanguine Christi. Potest interim hæc calumnia, vt & altera quam refert Iustinus inde nata videri, quod sectatores Simonis Magi Gnostici dicti reuera huiusmodi nefanda exercent, cum tamen Christianum nomen sibi vendicaret, vt est videre apud Epiphanium in hæresi Gnosticorum. August. li. 1.

Cap. 9. 10 de consensu Euangelistarum aliam recenseret
& 11. paganorum calumniam, qua dicebant Christū fuisse magum & discipulos eius de eo mentitos. Capite 53. lib. 18. de ciuitate Dei inducit paganos dicentes Christum fuisse virum bonum & sanctum, sed Petrum fuisse magum: Quæ calumnia etiam ex Simone Mago qui Christianus videri volebat, occasionem habuisse videntur. Similis erat calumnia Iuliani Apostoliæ dicentis Euagelistas de Christo multa fuisse mentitos, præcipue autem Ioannem. De alijs quibusdam gentium calumnijs plura paulò post. Quemadmodum verò Iudei Christianis detraxerint, docet Eusebius ex Iustino lib. 4. cap. 151. Cæterum quo modo gentiles inquirentes crimina Christianorum, nihil in eis culpæ innenerint, etiam ex ipsorum testimonio docet Eusebius lib. 3. cap. 32. Rursus quo pacto ex consideratione pietatis & bonorum operum atque patientiæ Christianorum innueri.

CAPVT. II.

36

meri pagani sint ad fidem Christi conuersi, re ipsa manifestum est. Plus enim mouet vita quam verba & miracula. Lib. 2. cap. 9. narrat Eusebius quod consideratione patientiæ Iacobi Apostoli, etiam tortor eius conuersus sit, ac martyrium subierit. Sic & tortor Albani martyris, qui & ipse Albanus ex cōsideratione bonorum operū cuiusdā clerici perfectus Christianus effectus scribitur à V. Beda lib. primo ecclesiast. hist. gentis Anglorum cap. 7. Narrat is ibidē ca. 16. quomodo cōspecta pia vita August. & sociorum eius crediderint gētiles Angli. In historia secundę Cecilia plusquam quadringenti ad Christum conuersi dicunt, Credimus Christum verum esse Deum qui tales possidet famulam.

Subiecti igitur efflote, &c. Inter cæteras gentiliū calumnias, qua Christianos calumniantur yna erat, quod Christiani docerent se non debere principibus subesse. Notum enim erat Iudam Galilæum docuisse, quod non licet populo Dei tributū pédere Cæsari Gentili, eiique obediare illi. Vnde & dominus interrogatur in Euangeliō: Licet nobis censum dare Cæsari an non? Erant hoc dogmate plurimi Iudeorum infecti, quod & Apostolorum Petri & Pauli téporibus valde vigebat. Vnde Christiani cognarē cum Iudeis religionis, & à Iudeis imò & à Galileis Apostolus instituti huius.

Hieron.
in 3. cap.
epist ad
Titum.

A& 5.
Ibid 21.

IN I. EPISTOLAE PETRE

huius erroris accusabantur . Vnde Paulus ad Rom.13. & ad Tit.3. diligenter docet obedientium principibus, sicuti & hic Petrus. Qua de re consule Hierony. epist. ad Titum & Augustini epistolam 5. In d Chrysostomus annotat in 13. cap. epist. ad Roma. quod plurima tum temporis circumferebatur fama traducens Apostolos veluti seditiosos rerumq; nouatores, qui omnia ad enerrandas leges communes & facerent & dicerent. Respiciens igitur Petrus ad Gentilium detractiones diligenter praecipit vt fideles obedient principibus, serui dominis, vxores maritis , ne (sicut Paulus ait) doctrina & nomen domini blasphemetur: Ne (vt ait Oecumenius) gentiles possent dicere, quod vice & politia subuersiōnem adserat Christianismus, & inordinationis & confusio-
nis causa sit. Primum igitur agit de obediendo principibus.

Omnis humana, &c. Obedite omni humanæ ordinationi. Nouit enim (ait Oecumen.) scriputra constitutionem vocare creationem siue creaturam, vt ad Ephes. vt duos crearet in se- metipso in vnum nouum hominem. Ordinationem verò humanam dixit potestate siue hominem potestate præditum : quæ humana vocatur, quia hominum dispositione consistit. Dicit, *omni*, siue sit Christianus superior , siue gentilis.

Propter

CAPVT II.

37

Propter dominum: Quia dominus hoc iussit Mat.22. dicens: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari : vel quia principes ipsi domini Dei vices gerunt, eisque ministri sunt. In obediendo igitur eis, non spectanda est imporum malitia , sed quod Dei vicarij sunt, vt latius ad Rom.13. explicat Paulus. Tenetuf igitur quisque ex conscientia obedire iustis principiū legibus. Iusta au- tem leges sunt quæ nec cōtraria legi Dei præcipiunt, nec priuata authoritate feruntur, nec ad priuatum commodū, nec inæqualiter one- rant æquales. *Sive Regi.* Recenset duo gene- ra potestatum. *Quasi præcellenti*, id est, tanquam illi qui est in suprema potestate constitutus. *Sive Ducibus*, id est, præsidibus prouinciarū tanquam à Rege missis, vt vices eius gerant. *Vel ab eo*, id est, Deo. *Ad vindictam malefactorum.* Explicat officium principiū, nō autem quid semper agant . Multi enim tyranni sunt & occidunt innocios. Significanter dicit (vindi- ctam) quia principes non solum punire debet malos, vt vel ipsi corrigātur, vel cæteri eorum exemplo, sed etiam simpliciter vindicando eo- rum peccata. *Laudem vero bonorum:* Bonos vo- cat ab obseruatione legum terrenæ ciuitatis; non à vera iustitia coram Deo, utrumq; prin- cipibus & præsidibus inculcandum est, vt & maleficos puniant , & bene meritos remune- rent. Altero enim omissio officium suum non præstant.

præstant. Quantum ergo absunt à principum officio, qui nec requisiti misero popello ius dicunt, nisi tandem post multa tempora multasque querelas? *Hac est voluntas Dei*, hoc præcipit vobis Deus, subiici scilicet principibus.

Vt benefacientes, id est, ex corde legibus principum obedientes. *Obmutescere faciat*, id est, obturetis os hominibus stultis & ignorantibus nullam dantes occasionem detrahendi religioni Christianæ. *Quasi liberi*: Liberi, inquit Beda, rectè vocamur, qui per baptismum à peccatorū sumus nexibus absoluti, qui à dæmoniaca seruitute redempti, qui filij Dei effecti: nō tanto dono libertatis potiorem peccandi facultatem vel licentiam accepimus: quin imò si peccamus, mox libertate perdita serui efficimur peccati. Et quisquis se ad hoc liberatum à domino putat, vt licentius peccet, talis suam libertatem in velamen malitia mutat. Atringit autem hic Petrus & aliam gentilium calumniam dicentium Apostolos docere Christum esse liberatorem hominum à peccatis, vt homines securius & audacius male agerent. Vnde Paulus ad Rom. 6. Peccabimus quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? & manebimus in peccato ut gratia abüdet? Et cap. 3. Aliunt quidam nos dicere: Faciamus mala, vt eueniāte bona. Vnde & ad Galat. ait: Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in

Rom. 3.
Galat. 5.

occa-

occasionem detis carpis, hæc calumnia confirmata fuit per Gnosticos & Valentini se & tatores, qui reuera docebant liberum esse quiduis agere quantumvis turpe et impurum, ac huic modi libertate regnum cœlorum acquire, vt ostendit Epiphanius, de quibus Petrus cap. 2. epist. 2. Libertatem, inquit, illis permittentes, cum ipsi serui sunt corruptionis. De hac calumnia vide August. lib. 50. homiliarum. Item Serm 27. lib. de fide et operib. Chrysost. recitat̄ Oecumenio eodem modo interpretatur, nisi quod illud (quasi liberi) nō iungit cum (benefacientes) sicut Beda, sed cum (subiecti estote) Ne dicant, inquit, Liberati sumus à mundo, cœlestes ciues facti sumus, et tu nos rursum subiicis principibus et obedire iubes? Propterea dicit, Ita obedite quasi liberi, hoc est, tanquam obtemperantes ei qui vos liberauit, et hoc facere præcepit. Ita enim non videbitimi in mente habere malitiam, hoc est, inobedientiam ac impersuasibilitatis prætextum ipsam libertatem, propter quam obedire recusatis. Sed sicut serui Dei: hoc est, agnoscite vestram libertatem, non in licentia peccandi, vel laxadi frena concupiscentiæ, sed in Dei seruitute consistere, sicut Paulus ad Rom. 6. Liberati à peccato, serui autem facti Deo, etc. Omnes honorate, ne gentiles quidem despiciētes. Fraternitatem diligite, hoc est, Christianos qui fratres vestri sunt ex regene-

regeneratione, siue ipsam societatem Christianorum singulari amore praे gentilibus prosequimini. *Deum timete.* In omnibus operibus vestris Deum praे oculis habete, timetes eum quia potest et corpus et animam in æternum perdere. Ideoque si princeps aliquid Deo contrarium præcipiat, vel alius siue Christianus nomine, siue Gentilis tale quid suadeat, Deum potius audite. *Regem honorificate,* id est, praे cæteris deferre honorem Regi & soluite ei subсидium debitum. Plurimi inter initia fidei putabant gentiles dominos contemnedos, vt ait

Ephes. 2. Hieronymus in 6. cap. epist. ad Ephes. Vnde *Coloss. 3.* Petrus & Paulus diligentissime inculcant, vt serui dominis suis obedient, & si sint gentiles domini, vt serui (ait Paulus) doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus. *In omni timore,* id est, in omni reverentia. Videtur autem reverentia seruorum in hoc præcipue consistere, vt mandata dominorum libenter suscipiant:

Hiero. 3. cap. ad Titum. vel maximum enim, inquit, seruorum vitium est dominis contradicere, & cum aliquid iusserint, secum musitare. Commonetur itaque Christianus seruus, vt istiusmodi auferat passionem: si enim quæ dominus imperat, necesse habet seruus implere, cur hoc ipsum, non cum bona faciat voluntate, sed & dominum offendat, & tamen facit quod iubetur? *Non tantum bonis:* Bonos vocat more vulgi qui non affligunt

gunt iniustè. Et *modestus,* id est, humanis, non nimium rigidis. *Discolus,* id est, indisciplinaris, difficultibus, morosis, & iniquè seruos suos opprimentibus. Exigit Petrus à seruis Christianis, vt iniquis etiam dominis subsint, nec propter iniuriam quam patiuntur se subtrahat ab eorum seruitio. Nam seruum à domino fugere, iniustum est, cum seruus sit possessio domini. Intelligenda sunt hæc de ijs iniurijs, quæ tantæ non sunt, vt defensio in repellendis illis locum habeat: nam quando seruo vita, aut simile aliquod periculum à domino imminet, licet ei fugere: nihilominus si speraretur conuersio infidelis illius domini per sustinentiam magnarum iniuriarum, ex charitate deberet sustinere eas ac reuerti.

Hoc est enim gratia: hoc enim Deo maximè gratum est. *Si qui propter Dei conscientiam, &c.* id est, quia studet placere Deo in pura conscientia: Siue quia conscientia est quis sibi quod Deum colat. Videntur infideles domini, seruos Christianos plus cæteris affixisse & sapissimè inique. Item Fordidiora officia & magis odiosa eis iniunxisse. *Sustinet tristitia,* id est, molestias. *Quia est enim gratia:* hoc est, exigua admodum laus est, patienter sustinere quæ quis peccatis suis commeruit. Hi qui patienter scelerū suorum pœnas ferunt, veramq; de ijs agunt penitentiam etiam aliqua laude digni sunt tan-

F quam

quam ad correctionem accedentes : At parua hæc laus est, præ ea quam referunt qui iniurias sine suo merito patienter perferunt . Minima verò eorum comparatione qui propter iustitiam persecutionem patienter sustinent . Ne igitur , qui pro meritis suis occiduntur , cum martyribus Christi comparantur . Hæc enim consolatio vana est si hoc modo reos consolemur satis est eis si longè ab honore martyrum distantes per pœnitentiam saluentur . Sed si benefacientes , id est , propter benefacta patimini & patienter sustinetis , tunc demum magna estis apud Deum laude digni , vt pote veri & perfecti dominicæ passionis imitatores .

In hoc enim vocati esis. Mira vocatio Christianorum qui quantumcumque secundum seculū viles sint , vocantur à Deo ut bene agant , & pro bene actis afflitti , patienter ferant .

Quia & Christus , &c. Ostendit nos vocatos à Christo ad hoc , non tantum verbo , sed & nobilissimo & efficacissimo exemplo , quod Christus in se exhibuit . Illud (&) magnam habet emphasis , quasi diceret Petrus : etiam ipse Christus qui ranta est maiestatis passus est . *Pro nobis.* Quidam libri habent primo loco nobis , & secundo loco vobis . Quidam vtrobique vobis : Quidam vtrobique nobis . Alloquitur autem Petrus seruos , hoc modo consolans eos quod tanti confiterint domino Christo .

Vobis

Vobis relinquens exemplum , sicut ipse dixit , Qui vult venire post me , abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me . Sed quale , ait Beda , exemplum tribulationum , nō delitiarum , contumeliarum , flagellorum , dolorum , opprobriorum , spinarum , crucis , vulnerum , mortis . Ut sequamini vestigia eius , id est , vrum & patientiam eius imitemini . Qui peccatum non fecit , &c. Verbis Esaiæ ostendit perfecta *Esa.53.* Christi innocentiam : Docet enim Propheta Christum nec opere , nec sermone peccasse , & proinde nullum habuisse vñquam peccatum , eoquē idonēum fuisse , qui passione sua genus humanū liberaret à peccatis , ad quod idoneus non fuisse , si ipse etiam peccato subiacuisset .

Nec dolus inuentus est , &c. Non fuit dolus in ore eius , sicut habet textus Esaiæ . Phrasis est Hebræa qua dicitur aliquid inueniri pro esse , vt est illud , non est inuentus similis illi , id est , non erat similis illi . Nomine autem doli siue mendacij phrasis scripturæ designatur quodvis peccatum , vt ibi , Nec est in spiritu eius dolus . Sed quomodo sequitur Christum non habuisse originale peccatum , ex eo quod nec opere , nec sermone peccauerit , cum hoc videatur verum de omnibus infantibus recens natis , quia nec opere , nec sermone peccauerint : quare videri possit non fuisse id Christo proprium ac singulare . Respondendum , Esaiam docere *Psal.31.*

F 2 Chri-

IN I. EPISTOLAE PETRI

Christum, nec opere, nec sermone peccasse
opposito modo quo locutus est de toto gene-
re humano, dicens: Omnes nos quasi oves er-
rauimus, vnuisque in viam suam declina-
uit, ybi etiam paruuli comprehenduntur, qui
errorem habent peccati originalis, & declina-
uerunt in Adam in viam prauam. Christus autem
in Adam non errauit, nec à via recta de-
clinauit. Hoc (inquit Hieronymus) de nullo
hominū intelligi potest, vt nec opere, nec ser-
mone peccauerit, dicēte scriptura: Nemo mū-
dus à sordibus, ne sū vnius quidem diei fuerit
vita eius. Et: Omnes sicut oves errauimus,
vnuisque in via declinauit: nisi de illo qui
peccata nostra portauit. Aliter respondet Au-
gust. lib. 5. contra Iulianum cap. 9. Profectò,
inquit, Iesus peccatum etiam maior fecisset, si
paruulus habuisset. Nam propterea nullus est
hominum præter ipsum, qui peccatum non fe-
cerit grandioris ætatis accessu, quia nullus est
hominum præter ipsum, qui peccatum nō ha-
buerit infantilis ætatis exortu. *Qui cum maledi-
ceretur.* Respicit ad illud Esaïæ in eodem cap.
Non aperuit os suum, & sicut agnus corā ton-
dente se obmutuit. Cum probris incesseretur,
vocareturque dæmoniacus, Samaritanus, vt̄s
opera Beelzebub, blasphemus in Deū, vorax,
potor vini, subuersor gentis, seditionis in Cæ-
sarē non regesit opprobria siue contumelias.

Cum

Esa.53.

In 53.c.
Esaïæ.

Iob.25.

Esa.53.

Ioan.7.

8.º

Mat.12.

Ibid.9.

& 26.

Ibid.11.

Ibid.22.

C A P V T II.

77

Cum pateretur, scilicet multa injqua. Non com-
minabatur, se vindicaturum, sed potius orabat Luc.23.
pro crucifigentibus se. Vocauit dominus Iu- Ioan.8.
deos mendaces, filios diaboli, ignorantes Deū, Ibid.
Phariseos cæcos, minatus est Iudæ & non re- Matt.23.
cipiētibus Apostolos, Vx dixit Scribis & Pha- Matt.18.
ristis, stans ad tribunal Cayphæ minatus est se Matt.23.
venturum in nubibus cœli: cum diceretur ad Matt.16.
mortem minatus est horribilem afflictionem Luc.23.
arido ligno: Ipse prothomartyr Stephanus Act.7.
principiū domini imitator improberat Iu-
deis quod Prophetas & ipsum Christum oc-
cidissent: Quomodo igitur verū est, quod hic
dicit Petrus? Respondendum cum Augustino Cap.19.
lib.1. de ferm. domini in monte, quod habita
iusta causa liceat fratrem vocate fatuum, quo
modo & Christus Cleopham, & Paulus Ga- Luc.24.
lathas stultos appellavit. Ita dominus tāquam Gal.3.
fidelis concionator annūtiauit Iudæorum sce-
lera, prædixit eorum damnationē, vt eos con-
uerteret, & ab eorum imitatione alios auerte-
ret. Hinc Stephanus & Petrus vocarunt Iu- Act.7.
deos deicidas, tanquam libere confitentes fi- Act.3.
dem suam, eāmque quam Iudæi oppugnabant
confirmantes. Petrus autem hoc loco loqui-
tur de contumelijs, quas quis ex ira & odio al-
terius profert, optans ei malū, quales Christus
nunquam protulit.

Tradebat autem iudicantis iniuste, &c. Non so-

F 3 lum.

IN I. EPISTOLAE PETRI

Ium nō reposuit malum pro malo, sed voluntariè & libéter tradidit se iniquis iudicibus Cayphæ & Pilato , à quibus iniquam accepit sententiam. Oblatus est enim quia ipse voluit, & sicut agnus coram tendente se sine voce, sic non aperuit os suum . Hanclectionem habet Closa ordinaria & Liranus. Sed Græci aliter legunt , Tradebat autem ei qui iuste iudicat, hoc est Deo: tradebat, inquam, iuste iudicantes ipsi Deo puniendos , sicut exponit Diodymus. Alij suplēt, tradebat vindictam Deo: Forte rectē sic intelligas, Tradebat se Deo percutiendum & affligendum pro peccatis populi, quasi dicat Petrus , Christus non respexit ad persecutorum suorum iniquitatem, sed ad ipsum Deum qui (vt ait Esaias) propter scelus populi sui eum iuste percussit, vt serui cogitēt, imò omnes Christiani dum iniuriam ab hominibus patiuntur se debere suscipere de manu Dei iuste iudicantis . Denique tradidit se Christus Deo rāquam iusto iudici, qui abundē remuneraret patientiam eius, & compensaret iniurias, etiam si ipse Christus seipsum nō vindicaret , vt respexerit Petrus ad illud Esaiæ: Ideo dispergi ei plurimos , & fortium diuidet spolia, prō eo quod tradidit in morte animam suam: & si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longævum.

Qui peccata nostra ipse pertulit. Ipse met Christus dominus

Esa.53:

Esa.53:

Esa.53:

CAPVT II.

78

dominus Deus immensus , & homo innocentissimus penas pro nostris peccatis quæ non perpetrauit, exoluit, & ne amplius in nobis viuerent peccata suo sanguine extinxit: Quanquam igitur non fuerit peccatum properter quod pateretur : sine magna tamen causa non est passus . Passus est enim vt peccata nostra tolleret . Mutat hic autē Petrus personam secundam in primam: Ante enim dixit relinquens vobis vt sequamini , vt videlicet non solum seruos, sed & totam Ecclesiam tati beneficij memorem redderet: & respicit ad illud Esaiæ: Vere languores nostros ipse ralit, & do minus posuit in eo iniquitates omnium nostrum.

In corpore suo. In carne sua sustinuit Christus penam peccatorum , atque in ea occidit peccatum nostrum. Idem fecit & in anima sua quæ contristata fuit & derelicta sine consolatione, & à corpore separata ad inferos descendit. Petrus vtrunq; in corpore passo intelligit : Nam dum corpus Christi afflictum & mortuum est, anima contristata, & separata est. *Super lignum,* scilicet ipse confixus , sine corpore fixo super lignum: aut, pertulit peccata nostra affigens ea super lignum , sicut ait Paulus Coloffensibus, Coloss.2: quod chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis affixit cruci, vt ibi daberetur, & ad Romanos scribit, quod vetus homo noster Rom.6: simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati.

F 4 cari.

IN I. EPISTOLAE PETRI

cati. Deniq; potest fieri hic etiam allusio non tam ad crucifixionem, quam ad crucis portationē: in qua designabatur quod Christus ferret peccata nostra ut ea occideret tanquam in crucem suffixa. *Vt peccatis mortui iustitia viuamus,* (peccatis)datiuī casus est, nō ablatiuī: nam hoc sensu mori dicitur, qui impius est, & condemnatus: Altero autem, qui amplius peccato non seruit, nec propter illud est damnationi obnoxius. Explicat hic Petrus quomodo Christus tulerit peccata, remittendo scilicet ea, & faciendo ut amplius eis non seruamus.

Cuius luore sanati es filius, vel ad seruos, vel ad omnes Christianos vertit sermonem, Liuore, id est, vibice sive cicatrice ex flagellis relictā, sive timore, cōcretō ex plaga. Loquitur enim Esaias de Christi flagellatione dicens, Disciplina sive flagellum pacis nostrae super eum, & liuore eius sanati sumus. Sanati, inquam, à vulneribus peccatorum, nunc quidem secundum quandam inchoationem, in futuro autem seculo perfectè: nam nunc sauciūs à Samaritanis: adhuc in stabulo curatur, sicut orat Hiernias: Sana me domine & sanabor.

Eratis enim aliquando sicut oves errantes. Ostendit à quo sanati sumus, à varijs scilicet erroribus peccatorum, & respicit ad locum Esaiæ: Omnes nos quasi oves errauimus. Comparatur autem errantes ouibus, cum reuera sint hœdi

C A P V T . I .

79.

hœdi sœtentes, quia Dei prædestinatione sunt oves. *Sed conuersi estis nunc*, ab erroribus vestris. *Ad pastorem*, Christum qui pascit vos æterna vita, donatione gratiæ, sive verbo euangelij, & sacramentis, sanctorūq; exéplis. Respxit ad 34. cap. Ezechielis: Ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas. Vnde & Petrus vocat Christū: *Episcopum*, id est, visitatorem atq; prouisorem, necessaria omnia animabus nostris procurantem. Visitauit enim nos oriens ex alto, vt illuminasset his qui in tenebris sedebāt. Visitat nos quotidie lucem datam conseruādo, & vt crescat agendo: visitat vt pater filium errantem: visitat vt pastor quærens erraticam ouem, & gregem dissipatam: visitat sicut liberator vindictum & oppressum: visitat vt medicus egrum: visitat vt vindicaturus nos de manu omnium qui auferunt labores nostros, & conantur vitam nostram efficere sterilem: visitat vt dulcis correptor: visitat inuitans nos ad dulce conuiuum: visitat vt rex potentissimus donatus regnum æternum: Gerit curam nostri, & prouidet nobis nobiscum permanēs vsq;

ad consummationem seculi. Visitat ergo nos Deus semper in hoc Episcopo Iesu suo.

A M E N.

C A P V T



IN CAPVT TERTIVM.

A&c. 4. *Imiliter vxores, &c.* Sicut infamabantur Apostoli docere plebem non debere obedire principibus, nec seruos dominis: ita inuidum vulgus spargebat eos docere diuinitia inter maritum & vxorem. Hæc autem calumnia ex eo verisimilior videbatur, quod nollent Apostoli mulieres perpeti abominabiles & naturæ cōtrarias gentilium maritorum libidines: Cuius rei exemplum habes ex Iustino apud Eusebium lib.4. cap.17. & in passione Petri Apostoli, quæ Lini nomine circunfertur, narratur Petrum prædicatione pudicitia quatuor Agrippæ præfecti concubinas, & Albini cuiusdam vxorem à thoro eorum separasse: diciturque Agrippa ei dixisse multa tibi fiducia est à scelerate in plebis quas circumuenis & in feminis quæ tua persuasione à mari-tali thoro discedunt. In Actis quoque Apostolorum legimus Fœlicem gentilem præsidem tremefactum disputante Paulo de iustitia, castitate & futuro iudicio. Non apud Fœlicem de virginitate, sed de ea castitate quæ coniugibus necessaria est disputabat contra peccata vide-lacet

licet non nominanda. Petrus igitur hic præcipit vxores obedire maritis etiam infidelibus, quando scilicet ad malum nō cogunt. *Non credunt verbo, &c.* siue prædicationi doctorum, vel euangelistarum. *Sine verbo,* Sine verbo prædicationis lucrificat Christo qui antea perditæ erat, lucrificant inquam conuersione ab infidelitate ad fidem Christi. *Considerantes,* id est, dum considerant, siue quia cōsiderant vos vxores castè cōuersari cum timore, hoc est, reverētia quam veſtris maritis etiam infidelibus desertis, magis enim monē exempla quam multa verba.

Quarum non sit extrinsecus, &c. *Cultus,* est nominatiui casus, & sensus est: Mulierum ornatus non sit externus, situs in crispatura & artifici capillorum cōpositione aut auri gemmarumq; ad caput, brachia, pedesve fulgore, purpureo amictu, reliquoque corporis cultu. Cyprianus in tract. de habitu virginum intelligit Petrum hoc loco & Paulum i. ad Timoth. 2. præcipere modum ornatus muliebris, quod hac in re hic sexus modū ferè excedere soleat. Si, ait, Petrus & Paulus mulieres quoque admontent coērcendas & ad ecclesiasticam disciplinam religiosa obseruatione moderandas, quæ excusare cultus suos soleat per maritos: quanto id magis obseruare virginē fas est, cui nulla ornatus sui comperat venia, nec deriuari in alterum possit mendacium culpæ, sed sola ipsa rema-

IN I. EPISTOLAE PETRI

remanet in criminē? Non igitur absolūtē prohibet Petrus vxores coniugib⁹ suis ornari: Epist. 7; sicut & Aug. Possidio scribit: Nolo, inquit, de ornamentis auri vel vestis præpoperam habēas in prohibendo sententiam, nisi in eos qui neque coniugati, neque coniugari cupientes, cogitare debeant quomodo placeant Deo; Illi autem cogitant quæ sunt mundi, quomodo placeant vel viri vxoribus, vel mulieres maritatis, nisi quod capillos nudare fœminas, quas etiam caput velare Apostolus iubet, nec maritatas decet. Fucari autem pigmentis quo vel rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia est: qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittendæ sunt fœminæ ornari secundum veniam, nō secundum imperium. Nam verus ornatus maximè Christianorum & Christianarum nō tantum nullus fucus médax, verum ne auri quidem vestisque pompa, sed mores boni sunt. Ex quibus verbis duorū doctorum primum patet quod sacerdotibus & virginibus & viuduis nolentibus nubere, illicitum sit ornatus studium, quibus tamen munda & decēs vestis permittitur. Vnde Hieron. lib. 1. contra Pelagium: Vbiique ò Pelagi mediocria hyperbolice transis & magna sectaris, vnde adiungis gloriam vestium & ornamentorum Deo esse contrariam. Quæ sunt rogo inimicitæ contra Deum,

C A P V T III.

81

Deum si tunicam habuero mundiorem? si episcopus, presbyter, & diaconus, & reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacramētorum candida veste processerint? Cauete clerici, cauete monachi, viduæ & virgines, pericitamini, nisi sordidas atque pannosas vos vulgus aspexerit. Taceo de hominibus sculi, quibus apertè bellum indicitur & inimicitæ contra Deum si preciosis atque nitentibus vtantur eximijs. Discimus deinde ex superioris illis August. verbis quod fucus mendax omnibus sit illicitus: nam faciem suam fuentes Iesabelem imitantur, & prophetissas 4 Reg. 9 Montani, de quibus lib. 5. hist. Eusebius ca. 18. de his vide & Cyprianum loco citato. Non est tamen existimandus se fucare, qui insignem aliquam deformitatem suam, maculam, vstitutionem tegit, aut anhelitus vitio aromate occurrit. Tertio habemus, quod solis maritorū oculis ornari fœminis liceat: Ergo qui ornat se, ut aliorum in se concupiscentiam excitent gravissimè peccant, de qualibus Esaias & Cyprianus de habitu virginum loquuntur. Quarto quod ornamenta coniugum moderata ac honesta esse debeant, quemadmodum & ceterorum non coniugatorum vestimenta. Si queras quis hic sit dicendus excessus: Respondeat Augustinus lib. 3. de doctr. Christiana: In coniugis (inquit) vestitu, ceteroqué humano victu Cap. 11, 13 & 14. sed sparsim, atque

atque cultu non ex earum rerum natura quibus vivimur, sed ex causa videnti & modo appetendi vel probandum est vel improbandum quod facimus. Quid igitur locis temporibusq; ac personis conueniat diligenter attendendum est, ne temere flagitia reprehendamus. Quisquis autem rebus prætereuntibus restrictius vtitur, quam sese habent mores cum quibus viuit, aut temperans, aut supersticiosus est: Quisquis vero sic vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est. Sicut enim talares, & manicatas tunicas habere apud Romanos veteres flagitiū erat: nūc autē honesto loco natis, cū tunicati sunt, nō eas habere flagitiū est: sic animaduertendum est in cætero quoque vsu rerum abesse oportere libidinem, quæ non sola ipsa eorum, inter quos viuit consuetudine nequiter abutitur, sed etiā sāpe fines eius egressa fœditatem suā quæ inter claustra morum solenium latitabat, flagitosissima eruptione manifestat.

Subindicat Augustinus loco iam ante citato & aliud sensum verborum Petri atque Pauli, vt videlicet non hic prohibeat Apostolus externum mulierum ornatum, sed admoneat quem illæ verum corā Deo cultum & stimare

mare debeant, sicut dum dicitur: Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax, non ibi debet intelligi esca vel potus prohiberi: Sic dum in regula ait August. nec affectetis vestibus placere, sed moribus: non vtriq; mundam cap. 18. vestem prohibet, sed mores bonos verum esse docet ornatū. Basilius in moral. cap. 5. vtrunq; Reg. 73. sensum verborum Petri & Pauli iam datum coniungit. Quod nullo modo, inquit, debent mulieres nimis exquisitæ in ornatu corporis elegantiæ studere, potiusque curam eas omnem in bona opera conferre: atque hunc verum atque germanum Christianorum ornatum esse existimamus. Ac deinde subiungit Pauli verba 1. ad Tim. 2.

Sed qui absconditus est cordis homo: ornatus mulierū sit homo cordis, hoc est, homo interior. Qui absconditus est hominum oculis, soliq; Deo patet. Sed quomodo homo interior ornabit mulieres?

In incorruptibilitate, hoc est, per incorruptionem sive sinceritatē spiritus modesti, mitis, placidi & tranquilli: &c, Quietis, silentis, hoc est, viro non rebellantis, quasi dicat: Tunc mulier verè ornata est, si intus in corde suo coram oculis Dei sat incorrupta, modesta, humiliter viro suo subdita, filens, non murmurans aduersus maritum. Qui est in conspectu Dei locuples, qui spiritus cultus est coram Deo magnificus, vereq;

IN I. EPISTOLAE PETRI

vereque splendidus. Solēt enim mulieres cul-
rum amare sumptuosum , magnoq; emptum.

Sic enim aliquando sancta mulieres, &c. Exem-
plum adducit sanctorum mulierum veteris
testamenti . Exemplis enim fœmineus sexus
admodum permouetur. Sperantes in Deo hoc
dicit vel contra eas quæ putant & sperant plâ-
cere se maritis per immodicum ornatum ex-
ternum, vel contra eas quæ metuunt se iniquè
à maritis tractadas, nisi eis rebellēt. Subiecti vi-
ris proprijs, Tum se existimabant egregiè orna-
tas, si viris proprijs subditæ essent, atque ideo
eis obediebant. Sicut Sara, &c. scilicet obedie-

Genes.12. bat Abrahæ , comitata exeuntem de terra &
cognitione sua , ac post variè peregrinantem:
Ac in cæteris officijs marito aderat: sicut Ge-
nesis 18, legitur dixisse ei Abraham: Accelera,
tria sata simile, commisce. Dominum eum vocans:
Sic enim ait, Postquam dominus meus vetu-
lus est, etc. Vocans, ex magna scilicet reueren-
tia, caput eum ac rectorem suum agnoscens:
Alioqui vxor propriè loquendo non est an-
cilla mariti nec vir dominus eius, sed socij sunt
sicut ex creatione mulieris de latere viri do-
cet August.12.de ciuitate Dei cap.29. Et Apo-
stolus ad Ephesios 5.

Cuius est filia , Saræ scilicet : non enim ad
Abraham referuntur (filiæ) fide scilicet & imita-
tione. Benefacientes, dum benefacitis obediendo
mari-

C A P V T . III. 83

maritis. Et non pertinentes vllam, &c. Dum bene-
facitis non est quod metuatis metum, sicut di-
cimus, gaudere gaudium, vivere vitâ, hoc est,
non est cur fœminea anxietate multum me-
tuatis, ne dispiceatis maritis, si nō sis immo-
dice exterius comptæ, aut ne iniquè ab ijsdem
affligamini, si non eis rebelleris.

Viri similiter secundum, &c. Sicut, ait, mandauit
vxoribus ut subsint viris suis, ita vicissim viris
qui coniugum suarum tanquam capita sunt ac
rectores, & maiorem scientiam tam naturalis
ingenij quam fidei habent præcipio, ut hono-
rem eis deferant, cogitantes mulieres infirmio-
ra esse quam ipsi sint vascula, & cohæredes se-
cum esse gratiæ quæ est vita æterna: ideoq; nec
iudicinè tractadas. Honorem autem vocat ab-
stinentiam à coitu, siue rarum & moderatum
congressum, sicut satis patet ex eo quod sequi-
tur, ut non impedian tur orationes vestræ.
Commixtio enim carnalis impedimentū pre-
stat attençorationi , vt ad Corinth.7.docet
Paulus . Solent autem piæ mulieres præ viris
castitati studere: Præcipit ergo Petrus ut viri
hac in parte vxoribus suis nonihil obsequan-
tur , ne vtrique ab attenta oratione diu impe-
diantur. Id quod tribus confirmat rationibus:
Primum quia vir sapientior est : deinde quia
mulier infirmior est, quo nomine magis ei co-
patiendum est & obsequendum. Tertio, quia

G mulie-

mulières simul student peruenire ad vitā eter-nam, ideoque aliquantulū abstinere cupiunt à commixtione. Sic Hieron.lib.1. contra Iou-nianum, quanquam is legiſſe videatur, & ſicut cohaerēdes multiplicis gratiæ: ſed ſenſus idem eſt. Dicitur enim tunc maritiſ; cogitate etiam vos ad æternam vitam contendere, ad quam & vxores vestræ feltinant: ideoque deberiſ & iphiſ eſſe parcī in coitu, & frequentiores in ora-tionibus. Si ſemper orandum eſt, ait Hierony-mus, nunquā ergo coniugio ſeruiendum: quo-niam quotiescumq; vxori debitum reddo, ora-re non poſſum.

In fine, id eſt, in ſumma. Quid, inquit, opus eſt omnibus particulatim hominum ſtabiſ le-ges p̄ſcribi? Hæc lex quæ ſequitur omnibus eſt ſtatuta. Alij legunt in fide, ſed male. Omnes vnaimes, ſcilicet in bono. Compatiētes, ſcilicet afflictiſ. Fraternitat̄ amatores, id eſt, Christia-nos ſpecialiter amātes tanquam fratres ex re-generatione. Mifericordes, miferis ſubuenientes. Modesti, humani, affabiles commodi. Humiles. Græci codices hoc nunc non habent. Oecu-menius tamen Græcus hoc interpretatur: hu-miles, id eſt, non alta de vobis ſentientes, ſed veriſima vestrī cognitione vobis iphiſ vileſcētes. Non reddentes malum pro malo, non retalian-tes iniuriā iniuria, conuitio conuitio. Non prohibet hic Petrus iuſta iudicū vindictam,

ſed

ſed eam quæ vel priuata exercetur authorita-te, vel non amore iuſtitia, ſed libidine vlcif-cendi aut odio infligitur. Sed ē contraria benedi-centes: Pro malediſto vel conuitio bene preca-minni maledicentibus, & ſicubi potellis laudes eorum prædicante. Quia in hoc vocati eſtiſ, id eſt, ad hoc vocati eſtiſ dum facti eſtiſ Christiani, ut benedicatiſ Deo & proximo, iuxta illud Psalmi: Benedicām dominum omni tempore, Psalm.33. & benedicām nomen tuum in ſeculum ſecu-li. Et: Beati qui habitant in domo tua domine, Psal.83. in ſecula ſeculorum laudabunt te. Et: Dicant Plal.34. ſemper, magnificetur dōminus. Quod igitur in futuro acturi ſumus, nūc etiam ſedulo me-ditari atque inchoare debemus.

Hæreditate poſſideatiſ, &c. Notanter dicit, hæ-reditate poſſideatiſ: quia & ſi quandoque ex zelo iuſtitia maledicere oporteat, hoc tamen magis ex neceſſitate, quam quaſi poſſeſſio no-ſtra & bonū. eſſet, agere debemus. Benedictio autem bonum noſtrum, hæreditas noſtra, & propter ſe quærēda poſſeſſio eſt. Reſpexit for-tiſſe Petrus ad 27. cap. Deuteron. vbi ſoli filij Liȝ & Racheliſ ſtant ad benedicendum: Filij verò Bale & Selphe ancillarum cum Ruben primogenito Liȝ, qui ſtratum patriſ ſui ma-cularat, & extremo filio Liȝ Zabulon ſtant ad maledicēdum. Per filios liberarum deſignan-tur filij noui teſtamente: Per filios autem ancil-

G 2 larum

IN I. EPISTOLAE PETRI

Iarum serui peccati, atque veteres homines.
Per Ruben verò & Zabulon qui ad tempus
miscentur filiis noui testamenti & spiritum li-
bertatis habent.

Qui enim vult vitam diligere, &c. Ostendit ex
Psalmita nos ad benedicēdū vocatos, quod
ad eam vitam vocari simus, ad quam maledici
non pertingunt. Qui enim desiderat obtinere
veram & eternam vitam, cupit q̄; videre dies
bonos, id est, versari in diebus bonis sive bene
tractari. Qui agere desiderat vbi est vera clar-
itas deitatis omnes illustrans, vbi vario decore
Matt. 13.

sicut sol fulgent omnes sancti, vbi durant sem-
per sine ullo fastidio, sine ullis tenebris, aut
nocte, dies clarissimi, vbi melior est vna dies,
quam seculi huius infinita dierum millia, qui

Gen. 47. (iuxta patriarcham Iacob) sunt dies peregrini-
nationis, pauci & mali. Coercent linguam suam à
malo, Dies isti boni non cōtingunt quovis mo-
do hic agentibus & viuentibus, sed opus est
labore, sollicitudine, & pugna cōtra propria vi-
tia. Linguam enim propendente ad omne
malum coercere oportet, ac frenare ne prout
apparet loquatur malum vel dolum. Per locu-
tionem malam & dolosam omnia peccata lo-
cationis significantur. Peccatum (inquit Basilius
in Psal. 33.) quod per linguam committi-
tur omnium propensissimum est & multifor-
me. Declinet à malo, ne faciat malum declinet à
mali

C A P V T III.

85

mali occasione declinet à malorum societate,
declinet ab improba vita consuetudine. Non
simpliciter is à malo dicitur declinare qui ma-
lum non facit, sed qui cum ad illud tentetur,
sive prouocetur, resistit & fugit.

Et faciat bonum. Non sufficit declinare à ma-
lo nisi eriam fiat bonum : Arbor enim non fa- Matt. 3.
ciēs fructum bonum, excidetur. Facere autem
bonum, est exempli gratia sua misericorditer
elargiri; aliena verò non rapere est declinare à
malo. Inquirat pacem, hoc est, tranquillam mén-
tem, solutionem à tumultuarīs huius mundi
curis, hæc est enim pax cum Deo. Item inqui-
rat pacem cum proximo, vt ad pacē futurām,
quæ sola est vera pax, perueniat.

Et perseguatur eam. Non sufficit, inquit Hie- Epist. ad
ronymus, pacem quærere, nisi inuentam, fu- Rusticū.
gientemque omni studio prosequamur. Pul-
chreque persecutio pacis dicitur, iuxta illud
Apostoli, hospitalitatem sectantes, vt non leui Rom. 12.
visitatoque sermone, & (vt ita dicam) summis
Iabijs hospites inuitemus, sed toto mentis ar-
dore teneamus quasi offerentes se cum lucro
nostro atque compendio. *Quia oculi domini su-*
per iustos, hoc est, proximis non maledicentes,
sed benedicentes, pacem persequentes, miseri-
corditer respicit Deus, ignoscēs eis peccata ip-
sorum, & patientiam eorum remunerans. Re-
spicere Dei misererit est, iuxta illud: *Respicere in Psal. 24.*

G 3 me, &c

me & miserere mei. Et: Conuersus dominus: respexit Petru. Et aures eius in preces eorum, hoc est, iustorum preces exaudit Deus. Significat igitur Propheta hoc versiculo, quod iusti admodum sunt grati domino Deo, quod speciem eorum curam gerat, quodque ab eo obtineant quicquid volunt. Maximū habet ad pie viuendum hic versiculos benē expensus incitamentum.

Vultus autem domini, &c. Vultum dici existimo(ait Basilius)domini aduentū ad iudicium, qui omni cum libertate continget nulli non horrorem incussurus. Indubie hic significatur Dei aspectus ad vindictam sumpta metaphora à vultu hominis irati, & præ ira furibundi: vultus enim eius immutatio iram in corde latenter indicat. Istud Petrus adiungit ad Christianos à maledicentia, similibusque peccatis deterrendos, & vt significet quod ij qui iniuria afficiunt Christianos æterno suppicio damnabuntur, etiam si nunc Christiani pro iniuria iniuriā non repont. Humanæ imbecillitatis(ait Cyrillus in Ioan.)etiam hæc cura est, vt credas non vitatueros suppicia iniuriātes. Sed humana pusillanimitate præstantior est Iesus, qui etiam pro suis persecutoribus orauit.

Et quis est qui vobis noceat, &c. id est, nullus vobis nocere poterit aut vos affligere, si emulatores fueritis boni, hoc est, ipsius bonitatis, vel Dei

sue

*Lib. 13.
cap. 30.*

sue Christi qui per antonomasiā bonus diciatur, vt contra diabolus malus. Nemo, inquam Matt. 19. ibid. 13. bonum imitantes potest ledere, quia oculi domini super iustos: Si enim Deus pro nobis, quis Rom. 8. contra nos? Sed & si quid patimini, &c. Si dominus permittat vt propter iustitiam affligamini, hoc in maiorem vobis cedet beatitudinem, propter exercitium patientiæ. Nam etiam tunc oculi domini super vos, etiam tunc Deus defendet vos. I morem autem eorum: Ne metuatis malè facientes sue vos per sequentes neq; perturbemini, quasi bonum vestrum à vobis tollere possint: Corpus enim possunt occidere, Matt. 10. sed non animam. Dominum autem Christum sanctificate. Ex intimo corde magnū, & sanctum, & verè metuendum agnoscite dominū Christum, siue dominum Deum(vt Græci legunt) qui potest corpus & animam perdere in gehennam. Eius ergo honorem & sanctificationem ex intimo corde querite: Nam externa sanctificatio Dei citra internam ei ingrata est. Desumpit hoc Petrus ex 8.cap. Esaiæ.

Parati semper ad satisfactionem, &c. Quidam legunt de ea quæ in vobis est, spe & fide: sic habet Beda. Græci verò non habent(& fide) sed nec Latinorum quidā. Quoniā, inquit Oecumenius, dicebant Gentiles spem Christianorum esse inanem, ideo meditatas responsiones habere oportebat ad ipsarum calumnias.

C 4 Duobus

Duobus modis (vt ait Beda) de spe & fide nostra rationem poscentibus reddere debemus, vt & iustas fidei, & spei nostræ causas omnibus reddamus, seu intimeamus, siue infideliter, siue fideliter requirencibus, & ipsam fidei ac spei nostræ professionem illibatam semper teneamus, etiam inter pressuras aduersantū, ostendentes per patientiam quām rationabiliter eam seruandam didicerimus, pro cuius amore, nec aduersa pati, nec mortem subire formidemus. Huc usque Beda. Non igitur præcipit hic Petrus vt omnes Christiani, tam foeminae quam viri sint Theologi, qui de sublimibus fidei nostræ articulis acute norint differere, aut etiam debeant: Nam ipsemet Christus dicebat Apostolis iam tunc longè prouectioribus quām est

- Ioan. 16. vulgus Christianorum, multa nō potestis portare modo: sicut & Paulus dicit Corinthis &
- Cor. 3. Hebreis quod solidum cibum doctrinæ ferre non possint. Imò in epistola ad Titum ab episcopo tantum id exigit, vt potens sit contradicentes arguere: docētque non omnes esse doctores, nec omnibus datum esse sermonem sapientiæ vel scientiæ. Scientiæ (ait Aug. lib. 14. de Trinitate cap. 1.) illud tribuitur tantummodo, quo fides saluberrima quæ ad veram beatitudinem dicit, gignitur, nutritur, defenditur, robatur, qua scientia non pollēt fideles plurimi, licet ipsa fide plurimum pollent: Aliud est enim

est enim scire tārummodo quid homo debeat credere propter adipiscēdam vitam æternam: Aliud autem scire quemadmodum hoc ipsum Supra. & pīs opītuletur, & contra impios defendatur: quā proprio vocabulo appellare scientiam videtur Apostolus. Non est (ait Nazianzenus) omnium disputare de Deo: nō est omnium diuinam discutere naturam: non ita viuis est sacræ scripturæ sermo, vt vulgo indocili, & per terram adhuc repentibus homunculis pateat, etc. quæ in eandem sequuntur sententiam. Idergo vult hoc loco Apostolus, vt quilibet Christianorum de spe sua rationem poscenti pro modulo suo respondere possit. Sunt enim generalia quædam, quibus quilibet vtcung; se tueri potest, vt, Quod Christiana religio prænuntiata sit à Propheris: quod veri Christiani piissimè viuant: quod innumeris miraculis fides Christiana confirmata sit: quod nihil sic Deo impossibile: quod in ipsa etiam rerum natura innumera sint, quæ perfectè intelligere nequimus. His similibusque rationibus facile dissolui poterāt crassa gentilis vulgi argumenta, vt liquet ex historia sanctæ Lucia, Laurentij & similiū. De huiusmodi questionibus agit hoc loco Petrus. Aliud autem est hereticis sub ouium vestimentis venientibus de sublimibus fidei articulis respondere. Sicut igitur Ioannes Apostolus omnibus mandat, vt probent spiritus Ioan. 4.

Serm. de
Arrianis.

IN I. EPISTOLAE PETRI

1. Cor. 12. tuus an ex Deo sint, cum tamen Paulus doceat
hoc esse quorundam tantum donum: ita om-
nes aliquousque pro modulo suo & statu red-
dunt fidei rationem: quidam tamen perfectè
singulorum sigillatim scientiam habentes.

At quomodo consentit hic locus Euangelio
Matt. 10. docenti non præmeditandum esse quomodo
Luc. 21. respõdeamus persecutoribus? Loquitur euangeli-
um de anxia præmeditatione, quæ ex dif-
fidentia oritur. Oecumenius responderet domi-
num in Euangelio de martyrio loqui: Petrus
autem de doctrina, extra casum scilicet mar-
tyrij: Nam sine intellectu & indagatione vi-
deri sibi aliquid scire, dignum est, inquit, repre-
henſione. Scientia enim infensatorum inex-
pensi sermones, ut ait Ecclesiasticus.

Sed cum modestia, sine arrogancia vlla quæ so-
let subrepere his qui possunt rationem redde-
re poscentibus. *Et timore, Dei scilicet quæ oportet*
semper præsentem cogitare, ut in defen-
denda doctrina humilitatis & timore Dei etiā
humilitas & timor Dei appareat. Conscientiam
habentes bonam, probatam vitam habentes, nul-
lius mali vobis concij. Mala etenim conscienc-
tia sèpè accersit naufragium circa fidem, sicut
1. Tim. 1. ait Paulus Timotheo, bona verò conscientia,
& puritas virtutē preparat hominem ut illustre-
Psal. 118. tur à Deo, sicut ait Propheta: Super inimicos
meos prudentem me fecisti mādato tuo, quia
in æter-

C A P V T I I I . 88

In æternum mihi est: Super omnes docētes me
intellexi, quia mandata tua exquisiui. Et Au-
gust. epist. 112. agens de ea quæstione, Quomo-
do Deus videri poscit. Primum, ait, mihi vide-
tur plus valere in hac inquisitione viuendi,
quam loquendi modum: Nam qui didicerunt
à domino Iesu Christo mites esse & humiles
corde, plus cogitando & orando proficiunt
quam legendo & audiendo.

Vt in eo quod detrahunt vobis confundantur. Erit
hoc certissimum argumentum, quo pudeant
iij qui vitam vestram, quæ agitis iuxta Christi
doctrinam, calumniantur ut fucatam ac ma-
leficam. Dum enim fidem & spem cœlestium
quam videre nequeunt in vobis irrident, si ad
quæstiones suas habeant rationabilem respon-
sionem, videantq; opera vestra quæ bona esse
negare nequeant, pudebit eos tandem suæ ir-
risio[n]is.

Melius est enim, &c. Suprà dixerat beatos eos,
qui propter iustitiam patiuntur, sed quia no-
rat quosdam quidem patienter ferre quæ pro
meritis patiuntur: impatienter autem quæ im-
meritis infliguntur: idem iterum hic ostendit
longè nobilius esse indigna propter iustitiam,
quam digna propter iniquitatem patiēter fer-
re supplicia: id quod etiam cum de seruis age-
ret, admonuit, atque iterum in fine 4. cap. in-
culcat. Cuius rationem hic reddit, quia dum
quis

IN I. EPISTOLAE PETRI

quis pro iustitia patitur, fit similis Christo, qui sine ullo suo merito mortuus est, cuius etiam super exemplum proposuit. Illud (beneficietes) vel generaliter intelligitur de omni bono operare, vel particulariter de his, quae bene fiunt ipsis Christianorum irrisoribus, dum ijs cum modestia respondeatur, & Christiana doctrina rationi ostendit consentanea.

Si voluntas Dei velit. Hoc adjicet pro consolatione patientium, subindicans Deum non semper permittere, ut tyranni Christianos foris exteriusque persequatur. Quod quoties Deus fieri finit, facit hoc eorum amore, & ad ipsorum utilitatem. Ipsi enim nesciunt quid expediatur eis, affligi in hoc mundo necne. Nomen (voluntas) designat hic Dei gratiam & misericordiam, quo modo accipitur & in Psal. Vita in voluntate eius. Et: Domine in voluntate tua

- Psal. 29. præstitisti decori meo virtutem. Et: In hoc cognoui quoniam voluisti me, id est, dilexisti me. Vnde August. lib. 22. contra Faustum cap. 20. sic legit: Si spiritus Dei velit. Spiritui enim sancto tribuantur in scripturis dona gratiarum & misericordiarum. Est ergo hic locus similis illi ad Romanos 8. Ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet nescimus. Simul etiam uno hoc verbo exhortatur ad patiētiā: Si enim respexerimus non tam ipatos persecutores, quam ipsum misericordem

C A P V T III.

89

cordem patrem ita disponentem, & per illos nos flagellantem, non ita impatienter nos habebimus.

Quia et Christus, etc. Non satiatur Petrus commemoratione dominice passionis. Pro peccatis, scilicet ignoscendis & extinguendis. Semel: Id adjicet ut efficacia mortis Christi designet, quae semel tantum facta & tolerata, nec unquam iterata potens est delere omnia peccata quatumcunque sapientis repetita, vel fortasse ideo hoc adjicet ut indicet tribulationes cito finiri, mercedem autem esse æternam: sicut Christus semel mortuus in æternum regnat, fructusque mortis eius, etiam in nobis semper perdurat. *Injustus pro iniustis:* Exaggeratio est mira Christi erga nos charitatis.

Vt nos offerret Deo, adduceret ad Deum, ut pius pastor ad ouile ouem erraticam deportat. Adducit nos nunc Christus ad Deum, dum eum ob peccata nobis offendit propitium reddit, dumque similitudine morum & affectuum nos Deo propinquos facit: In futuro autem adducet ad Deum clarè videndum. Nunc offert nos Deo tanquam sacrificium, dum gratia sua concupiscentiam nostram mortificat: In futuro autem offeret tanquam holocaustum, quando toti puri toto corde Deo seruiemus.

Mortificatos, &c. Mortificatos & viuificatos legit Venerabilis Beda: Sed Græcus textus & Epiph-

H̄ere.77 Epiphanius in hæresi Dimeritarum, Oecumenius in commentariis, Hieronymus in 54. caput Esaiæ, & Augustinus epist. 99. legit mortificatus & viuificatus: quam lectionem nos hic amplectemur. Quia dixerat Christū mortuum esse, explicat quomodo sit mortuus, & quomodo viuificatus. Mortificatus est à Iudeis ex infirmitate & fragilitate carnis: viuificatus est autem in eadem carneteria die virtute Spiritus sancti. Spiritum enim interpretatur hoc loco Athanasius, citate Beda, Spiritum sanctum: Oecumenius diuinitatem: Spiritus enim est Deus. August. epist. citata utrumque sensum dat. Potest verò & hic esse sensus, quod Christus secundum carnem fuerit mortuus, secundum animam autem semper vixerit: nō quasi anima Christi, sine Christo secundum animam fuerit aliquando per peccatum (quod mors est animæ) mortuus: sed quia locutione scripturæ illud etiam dicitur viuificari, quod viuū permanet sive viuum seruatur;

1 Reg. 27. vt 1. Regum dicitur de David: Virum & mulierem non viuificabat David, id est, non resurrexit.

3 Reg. 8. linquebat viuum: Et 3. Regum: Vnum funiculum mensus est David ad viuificantum, id est, ad seruandum in vita.

In quo & his qui in carcere erant spiritibus venies prædicavit, qui increduli fuerant aliquādo. Quia hic locus valde est obscurus, veterum in primis profē-

proferendi sunt commentarij. Athanasius igitur. & Cyrus hunc locum exponunt de descensu Christi ad inferos, quos insequitur Oecumenius, & commentarius in epistolas Pauli Ambrosio inscriptus. Verba Athanasij Athanas. sunt hæc in epistola ad Epictetum Corinthiorum Episcopum, quæ citat Epiphanius in hæresi Dimeritarum: Corpus Christi erat in monumento positum, quando ipse iuit ad prædicandum etiam spiritibus in carcere, velut Petrus dixit. Id quod maximè ostendit demen-
tiam eorum, qui dicunt in ossa & carnē mutatum esse verbum: Si enim hoc esset, non fuisset opus monumento: ipsum enim iuisset per se ipsum ad prædicandum spiritibus in inferno. Nūc verò ipsum quidem verbum iuit ad prædicandum: Corpus autem syndone inuolutum depositum Ioseph à Golgotha. Et lib. de incarnatione verbi qui incipit, mos pīj hominis, etc. In descensu, ait, inferorum soluenda mortis potestatem ostendit, & annuntiandi omnibus resurrectionem, eo quod creauerit Deus hominem ad immortalitatem. Ex infrā: In morte Christi corpore non ultra sepulchrum delato, anima ad inferos penetrauit, locis ingenti interuallo discriminatis. Qua ratione igitur factum est, vt cum dominus adesset incorporaliter, pro homine à morte sit agnitus, vt earum animarum quas infernus tenebat vincula, sua

Luc. 23.

Lue. 10.

anima

animā inobnoxia quidem vinculis mortis, sed tamen quæ quasi obnoxia facta esset, disrumpere: explicans illis modum rationemq; suæ resurrectionis, ut plastes ille & conditor hominis hominē damnationi subiectum ipse præsens ad plenum liberarer in sua forma. Non enim mors præualescēt subiecit sibi humanam verbi, id est, Christi animam, ut vincula illi innecteret, nec corruptio per tyrannidem inuadens in eius corpus vim suam exercebat ad putrefactionem, quasi rebus malè curatis. Minimè gentium: Id enim de eo cogitare prorsus impiū est: sed qui de Adæ inobedientia questionem habuit, iudicioque peracto duplē pœnam in sententia sua complexus erat, dum rei terrestri ita loquitur: Terra es, & in terram reueteris: atque ita pro decreto domini corpus in terram abscedit: Animæ autem dixit, Morte morieris. Atq; hinc est quod homo in duas partes discerpitur, & ut ad duo loca discedat, condemnatur: ac proinde opus fuit illo ipso iudice, qui hoc decretum tulerat, ut ipse per se sententiam solueret sub specie condemnari incondemnatum se sincerumque à peccatis ostendens. Vide eundem in tractatu adversus Apollinarium de salutari Christi adventu, qui incipit, Dominum nostrum Iesum Christum: & sermonem contra omnes hæreticos. ses. Cyrillus. vers. lib. de recta fide ad Theodosium:

sum, Anima, inquit, ad verbum copulam & vñionem sortita, descendit quidem in infernum: Djuina autem virtute & potestate vt̄s, etiam spiritibus qui illuc erāt apparuit. Enim uero & dicebat compeditis: Egregimini, & his qui in tenebris, Reuelamini: & tale quiddam eriam Petrus, quiddam etiam & diuinus Paulus dixisse videretur de verbo Dei & anima ipsius secundum dispensatiuam vñionem. Deinde subiicit verba Petri vsque ad illum locum qui increduli fuerant aliquando, inclusiūe. Respexit & ad hunc locum in lib. de recta fide ad reginas. Item lib. 12. in Ioan. cap. 36. In illud verò ad Roma. 10. Quis descendit in abyssum, sic habet commentarius Ambrosio inscriptus: Ideò passus est Christus, ut expoliatis inferis, virtute patris, deuicta morte resurgens, cum animabus ereptis in cælum ascenderet: Omnis enim quicunque viso Salvatore apud inferos sperauit de illo salutem, liberatus est, Petro Apostolo hoc testante: Dicit enim quia & mortuis prædicatus est. Et in illud ad Ephesios: Quod autem ascendit quid est, etc. Triumphato diabolo descédit Christus in cor terræ, ut ostensio eius prædicatio esset mortuorum, ut & quotquot eius cupidi essent, liberarentur. Ex verbis Cyrilli iam citaris patet quomodo intellexerit illud (in quo) retulit enim ad illud (spiritu) diuinitatem ea voce intelligens.

Esa. 49.

Ephes. 4.

IN I. EPISTOLAE PETRI

Oecumenius. Diuina, inquit, virtute & potestate
telligentis. Divina, inquit, virtute & potestate
vtens, etc. Oecumenius verò illud (in quo) ex-
pli cat, vt idem sit, quod ideo, quasi Petrus di-
ceret: Quia Christus pro iniustis mortuus est,
non solum illis qui post se fuerunt, sed etiam
illis qui aduentum suum præcesserunt: ideo
descendit ad infernum, etc. Posset etiam illud
(in quo) referri ad spiritum, vt significet ani-
mam: Nam Christus secundum animam descendit
ad inferos. Ex verbis quoque Athanasij &
Cyrilli patet, quod prædicauerit Christus ani-
mabus in inferno. Iusit enim eis, vt ex eo lo-
co tenebrarum & vinculorum exitent: Præ-
dixit quoq; quod ad resurrectionis sui exemplum
corpus aliquando recepturæ essent.

Sed queritur quomodo superiorum docto-
rum commentarijs adaptari iam possit, quod
sequitur, Qui increduli siue inobedientes fuerant
aliquando: cum Christus infideles non li-
berarit. Respondendum est Christum prædi-
casse spiritibus in carcere inferni propterea de-
tentis, quia & si hic bene vixerant, aliquando
tamen antequam benè viuerent increduli siue
inobedientes fuerant, saltem in primo parente
Adam. Hunc sensum explicat Athanasius in
verbis suprà positis, qui de Adæ inobedientia
Heres. 46 questionem habuit, etc. Et Epiphanius in he-
resi Tatiana dicit, Christum venisse, vt his qui
olim ipsum cognoverunt, & ab ipsius deitate
non

C A P V T . I I I .

52

non aberrauerunt, verum propter errores in
inferno detenti sunt, indulgentiam largiretur.
Hieronymus quoque in illud Zachariae 4. Tu
quoq; in sanguine testamenti: et in illud Osse
13. Ero morsus tuus inferne, detentionem san-
ctorum in inferno refert ad peccatum Adæ;
siue inoliti erroris peccata. Ipse autem Hiero-
nymus in cap. 54. Esaiæ quasi paraphrasticōs
recensens hæc Petri verba, haud obscurè pru-
denti lectori insinuat, quomodo ea intellexe-
rit: Dominus, ait, fecit diluvium, qui iuxta A-
postolum Petrum occisus est carne, viuifica-
tus spiritu, et prædicauit spiritibus in carcere
constitutis, quando Dei patientia expectabat
in diebus Noë, diluvium impijs inferens. In
cuius exemplum aqua nos mundat, non for-
des carnis abluiens, sed bonæ conscientiæ in-
terrogatio in Deū. In his verbis videtur Hiero-
nymus illud, incredulis, siue quondam inobe-
dientibus, non iungere cū spiritibus, tanquam
adiectionum cum substantio, sed cum sequen-
tibus ordinare et subintelligere verbum, Di-
luvium intulit in signum scilicet damnationis
æternæ, quasi diceret Petrus: Christus paucis
spiritibus sanctorum cōsolationem dedit, alijs
in damnatione relictis, sicut quondam cum
expectabat Dei patientia in diebus Noë, cū
fabricaretur arca, diluvium in signum damna-
tionis æternæ, paucis saluatis incredulis intulit.

Ex Ori-
gine.

H 2 Sane

IN I. EPISTOLAE PETRI

Cap. 2. Sanè in 2. epistola ad ostendendam damnatorum multititudinem & saluandorum paucitatem adducit Petrus historiā Noë , vbi etiam oratio imperfecta est quā cōplet Hyginus Papa & Martyr epist. 2. ad Athenienses . Solet enim crebra esse in scripturis Eclypsis , vt testatur August. lib.2. Locutionum . Oecumenius autem nullam facit à præcedētibus aulitionem, sed intelligit Christum omnibus spiritibus in inferno detentis prædicasse : pluribus quidem qui inobedientes quondam fuerant (veluti exempli causa, in diebus Noë , vbi innumeri infideles fuerūt, Noë prædicanti pauci credentes) paucis autem ad salutem animq; videlicet qui in hac vita crediderant : Sicut enim euangelium saluat in terra credentes, & damnatio est, & mortiferum non credētibus: ita consolatio opere allata à Christo sanctis, qui hic recte vixerant, ipsi fuit salutaris: inobedientibus verò quondam cesit ad improperium, pudorem, & maiorem damnationem: sicut epulo ex consideratione quietis Lazarī magis est cruciatus . Hunc esse sensum Oecumenij, satis patet ex sequentis capitīs & huius loci commentarijs, & consonat Nazianzeno & Damasceno infrā citatis. Lyranus similiter intelligit vnicō cōtextu locum istum, & putat Christum liberasse eos qui Noë fabricanti non crediderunt, sed veniente diluuiō pœnitentiam

C A P V T III.

93

tentiam egerunt: sicuti fortè generi Loth def. cōcēdente igne in Sodomam compuncti fuēt ad pœnitentiam. Fortasse loquitur tantum de sanctis qui Noë adificanti crediderunt, quales fuere Marhusala, Lamech, & similes, de quibus specialiter agit, quia ex eis tāquam primis hominibus ostenditur Christus omnes fideles sanctos qui ante se mortui fuerunt liberasse. Mundum enim perditum diluuiō , vocat Petrus 2. epistola, originalem mundum . Et sanè cap. 2. de diluuiō hoc nihil nouit gentium, siue Græca, siue Latina historia, vt ait August. 18. de ciuitate Dei cap. 8. Porro dicuntur hi sancti Noë credētes increduli fuisse, cum expectabat Dei patientia in diebus Noë , quia non credebant cum vulgo non esse vētrum diluuium, sicut de se ait Hieremias: Seduxisti me domine , & Hier. 20 seductus sum, quia videlicet habebatur à pseudoprophetis & vulgo tanquam deceptus & pertinax. Pro hac expositione facit, quod pro illo, quādoque expectabat Dei patientia, quidam Græci libri, teste Erasmo habent, quod expectabat Dei patientia differre diluuium, sicut credebat vulgus: qui sensus etiam haberi potest, si legatur, cum expectabat Dei patientia . Hilarius autem scribens in illius Psal. 118. Hilarius. Quando consolaberis, seu (vt ille legit) exhortaberis me , aliquo horum iam dictorum modorum intelligēdus est. Quod enim catholice

H 3. senserit

**Gen. 6.
& 7.****Luc. 16.**

Mat.13. fenserit de æterna impiorum omnium damnatione, patet in explanatione 2. Psalmi sub finem. Sic autem habet Hilarius: Desideria hæc in se Prophetarum dominus testatur, cum dicat: Amen dico vobis, multi prophetæ & iusti cupuerunt videre, quæ vos videris, et audire, quæ auditis. Propheta itaque et animo, et oculis deficit. Sed hi modo oculi prophetæ, licet Deum videre desiderauerint, non sunt tamen corporis oculi: Loquuntur enim, expectant, et mentis potius est ista contutio et loquela, non corporis. Dicunt enim: Quando exhobareris me? Scit hanc exhortationem sanctos quiescentes in inferno desiderare: Scit testante Petro, descendente in inferna domino etiam his qui in carcere erant, et increduli quondam fuerant in diebus Noë exhortationem prædicatam fuisse. Hæc Hilarius. Cuius verba rectè possunt intelligi, quo modo Oecumenius huc Petri locū interpretatur: Nam damnatis opere est prædicata consolatio, nō ipsorum quidem, sed eorum qui Christo adhaerant, sicuti Lazarus consolatio prædicata est epuloni in inferno. Quanquam et alijs duabus supradictis modis rectè intelligi possunt superiora Hilarij verba. At in Pial.141. sic scribit Hilarius: Rogat Christus ut anima sua educatur è carcere si in carcere positis, etiam ante Noë tempora resurrectionem secundum beatum Petrum prædi-

Luc.16. Luc.16. Si ergo interroges, quomodo cum hac interpretatione cohæreat quod sequitur, Cum expectaret Dei patientia in diebus Noë: dicendum, secundum hunc commentarium, illud (cum expectaret Dei patientia) auellendū esse à præcedentibus & nouam ibi inchoandā sententiam. Sed quæras rursum, quorsum Petrus hoc loco agit de spiritibus in inferno detentis, & descensu Christi ad inferos hoc loco agat. Ut ostendat fidelibus, qui tunc temporis persecutionem ad mortem usque frequenter sustinebant, animas simul cū corpore non interire, ut nec Christi anima interiit, sed ad inferos

prædicauit carcer est inferi à quo se educirobat. Ex quo patet Hilarium Noë tempora intellexisse tanquam exemplum quoddam producta: siquidem tribuit illud etiā ijs, qui tempora Noë præcesserunt. Ex his facile intelligimus quod V. Beda in huius loci commentarijs, recitans hæc Hilarij verba (tacito interim authoris nomine) tanquam hæretica (subdit enim post eius verba: Ille quidem hoc dixerit, sed catholica fides habet, etc.) locutus sit prout simplex Lector prima fronte Hilarij verba posset intelligere. Nam sicut ait Hiero. in epistola ad Paulinum: Hilarius à lectione simplicium fratrū procul est: id quod experimur etiā in 3. Sententiarū, ubi obscura valde sunt verba eius de timore & dolore Christi.

Si ergo interroges, quomodo cum hac interpretatione cohæreat quod sequitur, Cum expectaret Dei patientia in diebus Noë: dicendum, secundum hunc commentarium, illud (cum expectaret Dei patientia) auellendū esse à præcedentibus & nouam ibi inchoandā sententiam. Sed quæras rursum, quorsum Petrus hoc loco agit de spiritibus in inferno detentis, & descensu Christi ad inferos hoc loco agat. Ut ostendat fidelibus, qui tunc temporis persecutionem ad mortem usque frequenter sustinebant, animas simul cū corpore non interire, ut nec Christi anima interiit, sed ad inferos

IN I. EPISTOLAE PETRI

descendens animas fideliū ante iam defunctōrum inde liberauit, & vīctor secum abduxit. Hunc commentarium si sequi libeat, ita exponendus est hic locus, vt certissima fide reueatur eos qui in hac vita sine fide Christi vel in impietate defuncti sunt, non esse Christo ad inferos descendente liberatos, nec posse aliqua prædicatione eos ibi converti vel iustificari, sicut in hunc locum scribens recte docet Venerabilis Beda, Oecumenius, & Aug. in epist. 99.

Heres. 79 qui & in lib. de hæres. ad Quodvult. hæresim recenset, quæ docet Christo descendere ad inferos omnes inde liberatos esse. August. sequitur & Gregor. lib. 6. epistolarum epistola 179.

Heres. 46 Idem docet Epiphanius in heresi Tatiani: Gregorius quoque Nazianzenus in oratione de Paschate. Sed eius verba ne non recte intelligentur, subiectienda censemus. Quod si (ait) Christus ad inferna descendit, una descende: Cognosce & illic Christi mysteria, quænam dispensatio duplicitis sit descensus, quæ ratio: nū cum ibi appareat omnes pariter saluet, aut solūm credentes. Duplēm descēsum, cuius hic meminit Nazianzenus, explicat Damascenus lib. 3. de orthodoxa fide, dicens: Sicut Christus in terra fuit fidelibus causa salutis & terner: infidelibus autem infidelitatis improperium & redargutio: sic & ijs qui in inferno. Vox autē illa (credentes) in verbis Nazianzeni est præteriti

Cap. 29.

C A P V T III.

95.

teriti imperfecti temporis, quasi diceret eos qui credebant in hac scilicet vita constituti. Oecumenius sic interpretatur verba Nazianzeni. Per hoc(ait) quod Gregorius dicit (eos qui crederunt) significat quod seipso ita præparauerant, vt si etiam tunc cum hic viueret aduenisset Christus, credidissent. Vbi Oecumenius non loquitur de impijs Tyrijs & Sodomitis, qui si miracula cōspexissent, qualia habuerunt Iudei, credidissent & pœnitentiam egissent (neque enim hi vel fide futurae incarnationis, vel pijs moribus se præparauerant, vt idonei essent, venientem Christum recipere) sed de ijs qui crediderunt Christum vētūrum, atque ita piè vixerunt, vt si eorum tempore Christus venisset, eum esse Messiam credidissent. Interpretatus est hunc locum etiā D. August. epist. 99. maximè vt aduersus prædicta errorum pericula lectors præmuniret. Considera (inquit) ne fortè totum illud, quod de conclusis in carcere spiritibus, qui in diebus Noë non crediderant, Petrus Apostolus dicit, omnino ad inferos non pertineat, sed ad illa potius tempora, quorum formam ad hęc tempora trāstulit. Illa quippe res gesta, forma fuerat futurorum, vt iij qui modo non credunt euangelio, dum in omnibus gentibus ædificatur Ecclesia, illis intelligantur esse similes, qui tunc non crediderunt, cum fabricaretur arca.

Illi

Illi autem qui crediderūt, & qui per baptismū salui sunt, illis comparentur, qui tūc in eadem arca salui facti sunt per aquam. Vnde ait: Sic & vos simili forma baptisma saluos facit. Ad hāc igitur formā similitudinem cætera etiam de incredulis coaptēmus, & nō suspicemur, quod apud inferos ad faciendos fideles atque liberandos, Euágelium prædicatum sit, vel adhuc etiam prædicetur, quasi & ibi sit ecclesia constituta. Ad illū ergo sensum qui te movere, idēc videntur attracti qui hoc Petrum sensisse crediderunt, quia dixit, conclusis in carcere spiritibus prædicatum, quasi animæ nō possunt intelligi spiritus qui tunc erant in carne atq; ignorantiae tenebris, velut carcere, claudebatur. De quali carcere se desiderat liberari ille qui Psal. 141. dicit: Educ de carcere animam meā, qui alibi vmbra mortis appellatur: de qua non vtique apud inferos, sed hic liberati sunt, de quibus scriptum est: Qui sedebant in vmbra mortis, lumen ortum est eis. Illis autem, in diebus Noë frustrà prædicatum est, qui non crediderunt, cum expectaret Dei patientia per tempus centum annorum, quibus arca eadem fabricata est. Nam eius etiam fabricatio quodammodo prædicatio fuit: Sicut modo similes eorū non credunt, qui sub eadem forma ignorantiae tenebris, velut carcere, concluduntur, frustrā intentantes Ecclesiam toto mundo construi, imminen-

2. Pet. 3.

Luc. 1.

Esa. 2.

minente iudicio, tanquam diluvio, quo tunc omnes increduli perierunt. Significat enim diluvium & baptismum fidelibus, & infidelibus poenam, sicut ait Christus de die iudicij hominēs: Sicut in diebus Noë, ita erit & in diebus filij hominis, etc. Nec moueat ad impediendum istum intellectum quod illo tempore nondum venerat Christus: nondum enim venerat in carne, sed in spiritu veniebat visis congruis, alloquens quos volebat, sicut volebat. Pro August. commentario etiam hoc facere videtur, quod nomen spiritus in scripturis per Synecdochen pro toto homine ponitur, vti & nomen carnis ac animæ, vt ibi: Recordatus est, Psal. 77. quia caro sunt, spiritus vadens & non rediens. Cuiusmodi locutionis genere homines miseris, & macie squalorequé confessos, vernacula apud nos lingua, g̃h̃esten, hoc est, spiritus appellamus.

Quia verò August. loco iam citato liberum nobis facit, vt aliter etiam hunc Petri locum intelligamus, modò supradictum errore evitemus, præter Græcorum expositionem propono studiosis & aliām. Videri enim queat Petrus hoc loco describere g̃tium vocationem, veluti explicans quod dixerat, Christum pro iniustis mortuum: Psalmus enim 106. & Esaias cap. 42. & 49. similiter describere videntur gentium vocationem, atque hic loquitur Petrus.

IN I. EPISTOLAE PETRI

trus. Describunt infideles gétes tanquam vin-
ctos & obtenebratos, vestibus ferreis, & por-
tis ærcis conclusos & incarceratos. Effet ergo
hic Petri sensus: Quod Christus per Spiritum
sanctum, vel (quia is pro iniustis mortuus est)
per Apostolos prædicatum abierit miseris gen-
tribus carcere infidelitatis conclusis, quæ iam
olim ante Christi aduentum semper fuerant
incredulæ, cum expectabat Dei patientia, &
Rom. 3. sustentabat peccata hominum, quæ Paulus ait
ante Christi aduentum fuisse in sustentatione
Dei: siue tum erant incredulæ, cum expecta-
rent sancti veteris testamenti Dei bonitatem.
Secundum hunc sensum noua sententia in-
choatur eo loco (in diebus Noë.) Deinde ex-
pendendum & illud, num Petrus hic expli-
cat, quomodo Christus pro iniustis omnibus
mortuus sit: vel conuincat animas esse im-
mortales, ex eo videlicet, quod hominibus se-
culari iudicio propter suam inobedientiam atq;
sceleris vincit, & ad mortem damnatis, prædi-
cetur à Christianis Euangelium: sicut ipsi la-
Luc. 13. troni cum Christo crucifixo, & ijs qui cum
Act. 16. Paulo & Sila Philippis vincti erant. Sanè hu-
iusmodi hominibus stulte prædicaretur euau-
geliū, nisi pro omnibus iniustis Christus mor-
tuus esset: vel, si animæ hominum una cum
corpore interirent. Sensus ergo Petri esset:
Quia Christus pro iniustis in uniuersum mor-
tuus

C A P V T III.

97

tuus est, vel quia anima Christi, vti nec cæteræ
rationales interijt, idèo prædicatur euágelium,
etiam ijs qui ob veterem suam inobediétiam
quam perpetrauerunt, dum Dei patientia ex-
pectaret eos ad pœnitentiam, iam iam suppli-
cio erant afficiendi. Secundum hunc intel-
lectum inchoabitur ibi noua sententia. In die-
bus Noë, etc. vel, Cum expectaret Dei patien-
tia in diebus Noë. Sed de hoc sensu latius in
capite sequenti.

Quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë. Hieronymus & Aug. locis suprà citatis, &
Beda, legunt, Cum expectabat Dei patientia,
& sic arbitror nostrum interpretem legisse: Li-
cet quidam eam lectionem mutarint legétes,
quando expectabant Dei patientiā. Nihilomi-
nus quia verbū quod in Græco habetur verti
potest. Expectabatur Dei patientia, & lectio
nostræ textus eandem habeat sententiam, non
est omnino ea lectio rei scienda, ea præferenda
videatur, quæ veterum est. Secundum intel-
lectum Augustini, & secundum eas exposicio-
nes quibus hic inchoatur noua sententia, re-
fertur istud ad tempora Noë, in quibus Deus
centum annis patienter expectauit ut morta-
les pœnitentiam ageret. Ipsi quoque increduli
expectauerunt Dei patientiam, credentes di-
luium non venturum, & sperantes Deū sem-
per patienter acturum. Si vero præcedentibus
hæc

haec iungamus, & nouam sententiam inchoemus ibi. In diebus Noë sensus hic erit, patienter admodum Deum ante Christi aduentum, ne gentes perderet expectasse, donec adueniet liberator, qui peccata earum tolleret, expectabant & tunc sancti veteris testamenti. Christi aduentum, propter quem Deus patiens est super hominum malitia. Reos quoque & propter sua scelera condemnatos, qui in extremis suis conuertuntur, diu patienter, cum impie agerent, expectabat Deus.

Rom. 5.

Sicut in diebus Noë, &c. Secundum Augustini expositionem perfecta est oratio: At secundum alios commentarios supra expositos imperfecta est atque perturbata, qualis frequenter legitur & in Paulinis epistolis ob magnam rerum occurrentium copiam & varietatem, ut in illo ad Roma. loco: *Sicut per vnum hominem, etc. vocula (sicut) non habet ut grammatica requirit, duo verba, nisi sensu: Sic hoc loco sententiam debebat perficere Petrus: In diebus Noë cū fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, præfigurabatur tempus nostrum.* Hoc expresse non dixit Petrus, sed sensum hunc aperuit, dum ait: *Quod & vos nunc similis formæ salvos facit baptisma.*

In qua pauci, &c. Anime, id est, homines, nēpe Noë cum tribus filijs & quatuor uxores seruatæ

uatae sunt, ne aquis diluuij mergerentur, *Per aquam, quæ leuauit arcam in sublime, ne suffocarentur, qui in arca erant.* *Quod & vos nunc similis, &c.* Explicat quid præsignatum sit in diebus Noe. Noe (ait Augustinus lib. 12. contra Faustum cap. 14.) cum suis per aquam & lignum liberatur, sicut familia Christi per baptismū crucis passione signatur. Præter arcam omnis caro quam terra sustentabat diluicio consummata est, quia præter ecclesiæ societatem aqua baptismi, quamuis eadern sit, non solidum non valet ad salutem, sed valet potius ad pernitiem. Per aquam & arcam Noe cum suis in sublime sublatus est: Familia Christi per Christi passionem & baptismum conuersationem habet in cœlis & sedet cum Christo in cœlestibus. Pauci admodum, id est, octo homines saluati sunt in arca innumeris alijs pereuntibus, sicut valde pauci per crucem & baptismum vitamque Christianis dignam ad vitam æternam perueniunt. Omne genus animalium etiam immundorum erat in arca, sicut in Ecclesiæ sacramentis & boni & mali versantur. Mira arcæ sacramenta tractat Aug. lib. 12. contra Faustum à cap. 14. vsque ad 25. & à 37. vsq; ad 40. Item 15. lib. de ciuit. Dei cap. 26. & 27. Item Hieronymus lib. contra Luciferianos: Ex quibus omnibus patet, per arcam designari Christum hominem factum, & in ligno supen-

Ibid. cap. 17.

Ibid. 16.

Ibid. 15.

suspensum:Item Ecclesiam in Christo fundatam: sicut Noe qui interpretatur requies siue cōsolatio significat & ipsum Christum, & eos qui per Christum saluantur. Aquā verò diluij & fidelium baptismū, & futurum iudicium. Huius historia mysterijs plena est vtriusq; testamenti scriptura. Sicut patet Es. Habac. 54. in Cātico Abacuc & alijs locis. Et vos. Qui Luc. 17. dam libri habent nos. Sed Oecumenius Græcus legit vos. Saluos facit, scilicet ab ira venturi iudicij.

Non carnis depositio, &c. Dupliciter hoc intelligitur. Oecumenius nō operatur, inquit, baptismā ablutionē sordium corporis, sed per symbolum demonstrat macularum animę ablutionem. Est autem veluti etiam arrabo quidam & pignus bonæ erga Deum conscientiæ. Qui enim bene sibi consciij sunt, hoc est, qui inculpatam amplectuntur vitam, & illam penitus exquirunt, ac veluti interrogant (nam hoc comitari solet eos qui aliquid querunt, nempe interrogare) hi etiam ad sacram accurunt baptismā. Hæc ille. Intelligit is ergo dicit interrogationem bona conscientiæ, quod signum sit bona conscientiæ querētis pietatem. Sed sanè plus hic intelligendum est: Nam dicit Petrus quod baptismā saluat, facit igitur bonam conscientiam. Videretur ergo idē dici interrogatio bona conscientiæ, quia facit ut conscientiā

scientia bona sit, remittit enim peccata prærita, vt non debeat cōscientia propter illa metuere ac trepidare, & per Spiritū sanctum renouat hominem, vt deinceps recte viuat. Bonā autem cōscientia interrogari audet & examinari in iudicio, & tribunali Dei confidens se haud dampnatumiri. Secundum hanc expositionem baptismus vocatur interrogatio bonæ conscientiæ, eo tropo quo nomen effectus trahitur causa efficienti, sicut frigus dicitur pigrum, quia facit pigras. Idē verò dicit Petrus baptismū nō ablueret sordes carnis, quia per Christiana sacramenta non liberantur fideles à miserijs & afflictionibus presentis seculi: magis enim propter fusurum iudicium sit remissio peccatorum. De qua re vide August. 66.c. Enchirid. Et lib. 3. cōtra Iulianum cap. 3. & 6. Item lib. 6. contra eundem cap. 4. Aliter interpretatur Aug. lib. 19. contra Faustum. cap. 12. Et tractatu 8. super Ioannem, vt videlicet illud (nō carnis depositio sordium, sed conscientiæ bona interrogatio in Deum) sit correctio eius quod præcessit (baptisma saluos facit) quasi dicat Petrus: Quod dixi baptismā saluos facere, non ideo dixi, quasi externa illa lotio per se nos saluet: sed quia in cæremonijs baptismi interrogati an credamus in Christum & abrenunciemus Sathanæ, & pompis eius, bona conscientia respondeamus nos credere & ab-

IN I. EPISTOLAE PETRI

renunciare: hoc est, ablutio exterior salvat per pœnitentiam & fidem: sine his autem nihil operatur. Ut verò melius intelligatur hic Petri locus, videatur August. locis citatis. Item ferm. 3. de verbis domini, vbi ait, baptismum quod semel adhibetur, per fidem mundat: fides intus est, non foris. Comparatq; eum qui sine fide & pœnitentia baptizatur illi qui externam partem scintillæ lauat & mundat, solidam relinquens internam, in quam cibus recipitur. In fine quoq; libri de perfectione iustitiae dicit, Sacraenta recepta sine interna mōitione fidei & pœnitentiae similia esse præceptis & exemplis, quæ sine spiritu peiorem faciunt & occidunt. Simili modo cum Augustino loquitur Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 12. & 15. Si qua est (inquit) gratia in aqua, non est ex ipsis aquæ natura, sed ex spiritu præsencia. Non enim est baptismus depositio sordium corporis, sed bonæ conscientiæ interrogatio apud Deum. Itaque dominus ad vitam ex resurrectione nos reparans, totam euangelicam conuersationem proponit, ut nō irascamur ut malorum tollerantes simus, etc. Sic &

Ca. 3. & 4 Ambrosius lib. de his qui mysterijs initiantur.

Quomodo verò baptismus saluet per fidem, Ca. 81. & explicatum est in Symbolo, circa hoc, Remissionem peccatorum. Placet hæc Augustini & Basiliij expositio præ altera, quia magis consona est ani-

CAPVT III.

100
est antiquissimis Ecclesiæ cæremonijs, quibus in baptismo interrogatur baptizadus, An credit in Deum, etc. & abrenunciet Sathanæ & pompis eius: De quibus vide Dionysij Areopagitam in fine ecclesiast. hierarch. & August. epist. 23. & alijs innumeris locis. Itē Cyrillum lib. 12. in Ioan. cap. 64. Adiecit autem hoc Petrus (Non carnis depositio sordium, etc. cōtra Iudaicam opinionem, qua putatur aliquis sanctus per externas tantum cæremonias vel sacramenta, qua putatur aliquis placere Deo propter formam pietatis, etiā virtutem eius abneget. Per resurrectionem Iesu Christi. Baptismus, inquit, salvat per bonæ conscientiæ interrogationem ex virtute resurrectionis Iesu Christi, nam nec aqua, nec fides salvare possunt, nisi virtute Christi mediatoris, qui mortuus est & resurrexit. Qui est in dextera Dei, expositum id est in Symbolo. Deglutiens mortem, &c. non est Cap. 38 hoc in Græco textu: Interpretatur tamen à Beda. Deglutiens, id est, penitus absumentis, ut nusquam appareat in electis, scilicet in quibus in die resurrectionis nouissimæ inimica destruetur mors. Subiectus sibi, secundum humanam naturam. Sicut Paulus ad Ephesi. etiam ostendit. Nam secundum diuinam naturam, non solum post ascensionem & resurrectionem, sed etiam ab initio creationis fuerunt ei omnes creature subiectæ. Angelis, Potestatibus, & Virtutibus. His

IN I. EPISTOLAE PETRI

tribus nominibus vniuersam Ecclesiam cœlestem societatem complexus est Apostolus: quomodo Paulus etiam loquitur ad Ephesi. & ad Colos. i. quanquam alia ibi habeat nomina, & angelorum quidem nomen atq; virtutum quādoque commune est omnibus spiritibus cœlestibus, hic autem quosdam peculiariter spiritus significat. Vide August. 58.ca. Enchiridij, & Dionysium Areopagitam in libro cœlesti hierarchia. Putat Glossa interlinearis nomine angelorum designari insimam hierarchiam, per synecdochēn. Dionysius enim in insima hierarchia insimos ponit angelos, sicut in secunda hierarchia insimas potestates, per quas intelligit glossa secundā hierarchiam, sicut nomine virtutum intelligit supremam.

IN CAPVT QVARTVM.

Christo igitur passo in carne: Quia facta mentione passionis Christi interposuerat mysteria, factæ spiritibus prædicationis, arcæ Noe, & baptismi, ideo nunc reuertitur ad Christi passi mentionem, ut exhortetur nos ad eius imitationem. *Passo in carne,* id est, Cum igitur Christus passus sit in carne, siue secundum humanam naturam (secundum diuinatem enim est impassibilis. *Et vos eadem cogitatione,* &c. Vos quoque simili cogitatione, intentione

C A P V T IIII.

101
tione, & proposito armate vos, hoc est, cogitate & reputate vos similiter esse mortuos peccato, & carnali concupiscentiæ, & ad huiusmodi mortem contendite, sicut Christus voluntariè mortuus est secundum carnem; haec autem cogitatio & propositum armabit vos & defendet contra peccata.

Quia qui passus est in carne, hoc est, cuius caro cum vitijs, siue, cuius vetus homo crucifixus est & mortuus, non amplius peccat, scilicet mortalibus peccatis, & alijs crassis venialibus: Ab his enim homo iustus abstinet, quantū humana fragilitas permittit: Alioqui non est homo in terra qui facit bonum & non peccat (verat Sapiens). Sic nomen peccati accipit Petrus cap. 1.2. epistolæ: Hæc enim facientes non peccabitis aliquando, sicut recte interpretatur Beda.

Vt iam non desiderijs hominum, &c. Sic vitat peccata crucifixus cum Christo, vt amplius non viuat secundum desiderium hominum, hoc est, carnalium, quia videlicet prauis suis aut aliorum ad illicita prouocantium desiderijs non consentit. *Sed voluntati Dei, &c.* Sed quicquid temporis reliquum habet in hac mortali vita, hoc expendit implendis præceptis Dei. *Sufficit enim, &c.* Cogitat enim se satis supérque amictu tempore perpetrasse que gentes dererant: dum videlicet cum ijs versaretur in delitijs, siue ob scœnis voluptatibus. *Desiderijs,* scilicet

scilicet vñereis & impudicis. *Vñolenijs*, id est, immoderatis vni potionibus. *Comeſationibus*, siue int̄perantijs circa cibum. *Potionibus*, id est, compotionibus, vbi simul multi se mutuò ad intemperantiam incitant. *Ebrietatibus*, hoc non est in Græco, rectè tamē hic legitur: *Et illicitū*, Græcè est nefarijs, idolorū cultibus. Notandum autem haberi hæc omnia à Petro (vt & reuera sunt) tanquam gentilium, & eorum qui Deum ignorat. Vbi ait, *Sufficit tempus præteritum, etc.* minus dicit & plus intelligit. *Sensus enim est: Sānē dolendum est, gentium aliquando desiderijs nos obtemperasse;* & quantumuis breui tempore id factum est, nimis id tamen longum fuit. Non parum autem, sed multis modis voluntatem gentium compleuimus. Quidam vertut hoc sub 1. persona, quod nos habemus sub 3. Sic enim legūt: *Sat enim est nobis quod anteaucto tempore voluntatem gentium patrauerimus, cum versaremur in lasciujs desiderijs, etc.* De vinolentia vide Hieronymum in 1. cap. ad Titum, et in lib. contra Iouinianum. Similis locus est apud Paulum ad Rom. 6. et ad Colos. 3. Mortui enim estis, etc. Et qui mortui sumus peccato, etc. Vide Enchiridion cap. 52. et 53. vbi Augustinus docet morte Christi mortem significari peccati: ad quod indubie hoc loco Petrus respexit. *In quo admirantur, id est, id est admirantur, Græcæ*

tur, Græcè est peregrinantur, hoc est, stupent admiratione tanquam ad rem nouam, peregrinam, & absurdam, quod non amplius ut solitudo concurratis cum eis in eadem luxus confusione, siue refusione. Pulchrè dicit (concurrentibus) solēt enim carnales homines ferventissimo amore, velut cursu quodam ad intemperantiam ferri. Recteque vocat luxuriaz confusionem siue refusionem. Nam in istis lasciujs siue intemperantijs perturbatur quisq; ac astutus, haud secus atq; mare redundans, quod quiescere non potest. Luxuriaz nomen generale est ad omnem intemperantiam.

Blasphemantes: Gentiles admiratur vestram abstinentiam siue pietatem, nō tanquam rem honorificā, siue magni momenti, sed tanquam indecētem & valde malam propter ipsam vos maledicentes & irridētes. *Qui reddent rationem.* Et si vos eos patienter sustineatis, & pro blasphemis benedictionem reddatis, Deus tamen non tacebit, sed cogentur reddere rationē domino Christo, *Qui paratus est,* hoc est, firmiter & immobilitate statuit iudicare viuos & mortuos. *Propter hoc enim &c.* Quod enim Christus iudicabit mortuos. Hinc est manifestum, quia non solum viuis, sed etiam mortuis Euangeliū est prædicatum. Obscurus est locus, & veterū expositiones hic sunt inspiciendæ. Oecumenius igitur intelligit, quod dominus descēdens

IN I. EPISTOLAE PETRI

dens ad inferos prædicavit Euægeliu[m] his qui erant in inferno, ita ut iij qui in hoc mundo more humano carnaliter vixerant sint à Christo condemnati; verò qui in hoc mundo secundum Deum spiritualiter vixerant sint à Christo viuiscati atq[ue] saluati. Supplet enim Oecumenius duobus his locis (Secundum homines in carne) & (secundum Deum in spiritu) distinctionem, existentes, siue quæ extiterant & vixerant in hoc mundo. Et dicit verba illa (iudicentur) & (viant) quæ sunt futuri temporis poni pro verbis præteriti temporis. Iudicati sunt & vixerint, & accipit iudicari pro condénnari. In procœdio verè & argumēto huius epistola apud Oecumenium, sic habetur: Significat Petrus, quod & inferis innotuerit à domino prædicatio salutis & resurrectionis, ut & iij qui antea mortui sunt resurgat, & iudicentur quidē in corpore, gratia verò resurrectionis persevereret. Hæc ibi: Quæ expositio lōgè est alia: Sensus enim est, Christum ad inferos descēsse, ac prædicasse spiritibus sanctorum, quod iterum forēt corpora sua assumpturi, ac tunc à se coram omnibus iudicarentur, ac deinde in eodem resumpto corpore gloriosam semper apud Deum vitam agerent. Sed cōtra hanc expositionem illud facere videtur, quod Euangelizatio ad hanc tantum pertineat vitam, in qua salubris est prædicatio, & quicquid est om-

C A P V T IIII.

103

est omni[m] meritorum comparari debet. Rursum, Petrus ex eo quod mortuus est euangelizatum tanquam argumento magis perspicuo ostendit Christum iudicaturum mortuos, tanquam rem minus manifestam: Atqui æquè aut magis etiā constabat Christianis mortuos esse à Christo iudicandos, quā spiritibus suis esse prædicatum, cum illud symbolo Apostolice, non hoc item expressum habeatur. Est ergo alia Diui Augustini expositio in epistola 99. Fieri enim potest (inquit) ut Petrus mortuos dixerit infideles, hoc est, in anima mortuos, de qualibus dicitur, Dimitte mortuos, ut sepeliāt Matth. 8. mortuos suos: viuos autem qui credunt in Deum, de qualibus ipse dominus dicit: Qui au^{to} dierint vocem filij Dei, vivent. In hac ergo vita euangelizatum est & mortuis, id est, infidelibus & inquis, ut cum crediderint iudicentur quidem secundum homines in carne, hoc est, in diversis tribulationibus, & in ipsa morte carnis: viuant autem secundum Deum spiritu, quia & in ipso fuerant mortificati, cum morte infidelitatis & impietatis detinerentur. Hæc August. Fortasse, ita hic locus posset intelligi. Hinc discimus quod Christus mortuos sit iudicatus, quia videlicet Euangelium prædicatum est ijs qui iam mortui sunt, ante Christi iudicium, ut et si humano iudicio morte carnis condemnati sint, antequam dominus aduenierit,

uenerit, virtute tamen Euangelij quod fide in hac vita receperunt, viuāt spiritu apud Deum, resumpturi carnem suam cum dominus iudicaturus aduenerit. Atque hoc sanè modo probat Apostolus Paulus 1.ad Corinth. 15. resurrectionem mortuorum: Ergo, inquit, qui dormiunt in Christo perierunt, si scilicet non resurgent mortui. Deinde nomen, mortuus, in scriptura ponitur pro eo quandoque qui vici-nus est morti, aut in periculo mortis versatur, siue morti addictus est. Sic apud Matthæum Matth. 9. dicit Iairus, Filia mea modo defuncta est. Pro Mar. 5. quo Marcus dicit, In extremis est. Et Lucas, Luc. 8. hæc moriebatur. Sic Paulus dicit se in morti-² a Cor. 11. bus fuisse frequenter: & quotidie morior, in-¹ 1. Cor. 15. quid: Atq; hoc exponens, Periclitamur, inquit, omni hora. Contra Ioan. 4. dicit Christus, Fi-lius tuus vivit, pro eo quod est sanus & inco-lumis est. Simili phrasi dicit Christus apud Lu-cam: Ea quæ sunt de me finem habént. Et apud Luc. 22. Ioannem: Consummatum est, hoc est, iam iam totum consummabitur, omnia breui finien-tur. Ex eo igitur docet Petrus Christum iudi-caturum mortuos, quia per pios viros euâge-lizatur quotidie etiam ijs qui propter scelera sua adiudicati sunt morti, hoc fine videlicet, vt ersi apud homines condénentur vt secundum carnem moriantur, viuāt tamen apud Deum in anima propter fidem & conuersiōnē quam in ex-

in extremis habuerunt. Nunquam autē eu-an-gelizaretur huiusmodi hominibus, nisi Chri-stus mortuorum curam haberet. Cuiusmodi hic argumento probat Petrus ex prædicatione quæ fit morituris, mortuos esse indicandos: simili Paulus Apostolus ex morientiū baptisimo mortuorum arguit resurrectionem. Alioqui, inquit, quid facient qui baptizantur pro mor-tuis, si omnino mortui non resurgent? vt quid & baptizantur pro illis? Quem locum tractans Epiphanius in heresi Cherinthi. Recte, inquit, Heres. 8. hoc dictum Apostoli interpretantes dicunt quod morti vicini, si fuerint in pietatis doctri-na instructi, ob hanc spem ante obitum laua-cro digni fiunt, ostendentes quod qui mortuus est, etiam resurget, & ob id indiget remissione peccatorum per lauacrum. Hæc Epiphanius.

Omnium autem finis appropinquauit, id est, Chri-stus dominus qui est consummatio propheta-rum & perfectio omnium hominum iam sta-tim adueniet ad iudicium. Sic Oecumenius. Aliter Beda. Finis, inquit, omnium, id est, con-summatio seculi & extremū iudicium in quo omnia finientur, iam prope est siue approp-inquat. Quomodo verò prope sit dies iudicij pa-tet, quia omne tempus comparatione aterni-tatis, vt & vita cuiuslibet, admodum breve est, ac cuiq; cum moritur adesse suus iudicij dies, depræhenditur. Nam talis in illo iudicio exhibi-tur,

bebitur, qualis in morte: vide August. epist. 80.
ad Hesichium. Et in illud Psal. Et adhuc pu-
fillum, & non erit peccator. *Estate ergo pruden-
tes & vigilate, &c.* Quia finis imminet oportet
nos esse prudentes, sobrios, & vigiles, deditosq;
orationibus ne illo die dormientes, cessantesq;
deprehendamur. Vox Græca ambigua est, &
significat prudentiam vel sobrietatem: sed hæc
huic loco magis oportuna, vbi de vigilijs &
orationibus agitur. Vigilia autem nō tantum
spiritualis, sed & corporalis hic intelligēda est.

*Ante omnia: etiam sobrietati, vigilijs, & ora-
tionibus præponitur proximi dilectio: sicut
& 12. Christus sacrificio præponit misericordiam &
recōciliationem cum fratre, quia nihil ei pro-
sunt omnia, qui non diligit proximum. Con-
tinuam, vigilia, oratio & doctrina continua esse
non possunt (ait Beda) Charitas autem quia
interiori homini præsidet semper ibidem ha-
beri potest. Oecumenius interpretatur hāc vo-
cem protensam scilicet in lōgum, hoc est, per-
seuerantem & durantem, quod coincidit cum
nolstro interprete.*

*Quia charitas operit multitudinem, &c. Ideò, in-
quit, Charitas ante omnia & semper retinen-
da est, quia misericordia erga proximum siue
dilectio proximi imperat à Deo veniam om-
niū peccatorum, sicut ait dominus: Beati mi-
sericordes, quoniam ipsi misericordiam con-
sequen-*

sequetur. Vnde in iudicio dicet Christus dam-
natis: Esuriui & non dedistis mihi manduca-
re, etc. quasi dicat: nō redemistis peccata vestra
eleemosynis. Vnde & Ecclesiasticus: Non est
enim, inquit, ei bene qui assiduus est malis, &
eleemosynas non danti. Vide cap. 69. Enchi-
ridij apud August. Multitudo verò peccato-
rum idem est quod vniuersitas peccatorum,
quemadmodum Genes. 17. dicitur: Abraham
pater multarum gentium, hoc est, omnium. Et
Daniel. 9. Multi de his qui dormierunt in ter-
ræ puluere. Et ad Rom. 5. Peccatores cōstituti
sunt multi, id est, omnes. Sumptus est autē hic
locus ex 10. capite Proverb. vbi sic legitur:
Odium fuscitat rixas, & vniuersa delicta ope-
rit charitas, hoc est, Odium multiplicat pecca-
ta per rixas, quas fuscitat: Sed charitas erga
proximum facit vniuersa delicta ignosci. Hac
sententiam et Iacobus in epistola sua profert,
de præcipuo charitatis opere correptione vi-
delicet fraterna agens. Pulchrè Beda in hunc
locum. Et quidem, inquit, cuncta opera bona
quaꝝ facimus, culpas quaꝝ fecimus diluere et
cooperire certum est: sed hoc ideo specialiter
de charitate dicitur per quā proximis ea quaꝝ
nobis debent donamus, quia iustissimum est
apud Deum, vt iuxta mensuram pietatis qua
mensi fuerimus, remetiatur nobis.

*Hospitales insicem. Charitatis opéra particu-
latim*

Matth. 25

Eccle. 13

Matth. 7

latim enumerat: magna est enim eleemosyna pauperem sub tectum recipere, reficere atque souere. *Sine murmuratione.* Murmuratione occulta est maledictio, siue iniqua de alio querela; inarticulata magis quam articulata voce facta. Qui enim iniuit hospites suspiciunt, nonnumquam verius labijs strepunt quam loquuntur: ideoque et murmurare dicuntur: quod prohibet Petrus, Hilarem enim datorē diligit Deus. *Vnusquisq; sicut accepit gratiam.* Generalem profert sententiam, qua charitatis officia præcipit, duas addēs rationes, cur proximis hæc impendere debeamus, quarū prior est, quia quicquid illud est, quo proximo succurrere possumus, à Deo gratis accepimus: *Quare et quū est ut alijs libenter hoc ipsum cōmunicemus.* Altera est, quia eorum quæ præ cæteris accepimus dispensatores tantum cōstituti sumus, hoc est, Deus mandat nobis ut dona eius quæ habemus non nobis solis vendicemus, sed in aliorum etiam usus dispensemus. *Gratiā vocat donum à Deo gratis datum in utilitatem accipientis et aliorum, cuiusmodi est sapientia, interpretatio sermonū, etc.* Non loquitur autem de ipsa gratia quæ est bonum opus: Nam quicunque eam habet eo ipso rectè vtitur donis Dei. Multiformem autem vocat gratiam, hoc est, variam: Admodum enim varia est manifestatio spiritus in totius Ecclesiæ data utilitatē:

1.Cor.9.

tatem. *Si quis loquitur:* Per partes et exēpla declarat generalē sententiā. Si quis loquitur, etc. si quis gratiā habet docendi vel interpretandi, eam administret siue loquatur tanquam sermones Dei, id est, tanquam acceperit gratiam sermonis à Deo gratis et misericorditer. Sic Prosper in epistola ad Demetriadem, quæ ponitur inter epistolas Ambrosij. Beda, Sermiones, inquit, Dei, id est, ad Deum pertinētes, qui sunt ei commissi, ut fratribus egentibus elargiatur, ideoq; non licet illos abscōdere, aut fodere in terram, aut peruertere falsa aut friuola docendo. *Si quis ministrat,* id est, Qui habet alimenta aliaque subsidia nō parce ministret, sed prout illi Deus dedic virtutem, potestatem, et sumptū. Sic Oecumenius. Beda sic: Tanto humilius ministret et impendat vniusquisq; proximo omne bonum quod potest, quanto certius nouit, quod à semetipso bonū habere non potest, quod impendit. Posset propriè ad superiores referri qui regunt. *Ut in omnibus, scilicet operibus vestris;* siue, in omnibus hominibus. *Honorificetur Deus:* Dum enim videntur opera Matth. 5: bona Christianorū Deus ab alijs glorificatur. Pulchrè hic Beda: Honorificatur, ait, Deus in actibus nostris, cum omne quicquid bene ac secundum voluntatem eius facimus, non hoc nostris meritis, sed eius gratiæ tribuimus. Contra autem, mala quæ gerimus, nostræ solum mali-

malitiae vel ignorantiae deputamus.

Per Iesum Christum, per quem bona omnia opera habemus, & qui Christianos bonos efficit, & per quem opera bona nostra Deo offeruntur, & ad Dei honorem diriguntur.

Cui gloria & imperium: Ipse enim regnat in aeternum, cuius imperio ad nutum & angeli parent. *Charissimi nolite peregrinari*. Generaliter ad virtutes omnes exhortatus, rursus iterum ad patientiam reddit, de qua & tota sparsim agit epistola, propterea quod Christiani tunc temporis admodum essent exosi, mireque affligerentur. *Peregrinari*, id est, mirari tanquam de re insolita, peregrina, & à Dei amicis aliena, unde subdit, quasi noui aliquid vobis contingat.

In furore, &c. Nolite mirari de incendio & exustione per quam exploramini, ut vobis innotescatis, quam fortes sitis in fide & pietate. Alludit ad explorationem auri quae sit per ignem. Magnum est ad patientiam incitamentum, primū quod tribulationibus probemur, deinde quod non sit nouum aut recens pios in hac vita affligi. Ab Abel enim iusto, inquit Beda, usque ad ultimum electum qui in fine seculi nasciturus est, nunquam infidelium persecutio cessat, nec rarum est, sed valde freques electos Dei vitae praesentis aduersa pro aeterna salute tollerare.

Sed communicantes. Aliud hoc est & maius ad patien-

patientiam incitamentum, nempe quod per patientiam passo Christo similes siant, atq; ob id cum eo præmium percepturi. *Gaudete, &c.* id est, cōsortes & socij effecti ipsi Christo in passionibus magnā habetis gaudij causam in hoc tempore: per hoc enim gaudium peruenietis ad gaudium aeternū, quod dabitur cum Christus reuelabitur in die iudicij. *Si exprobramini*. Idem inculcat. Si ob Christi nomen, que contemnī & sequimini, probra sustinetis, pro eiusmodi probris, beatitudinem recipietis.

Quoniam quod est honoris, &c. hoc est, honor seu donum & subsidium Dei, gloria misericordia, virtus, siue potentia Dei, &c. (vt paucis absoluā) Ipse spiritus Dei requiescit super vos, hoc est, inhabitat & manet super vos. Alludit Petrus ad 11. cap. Esa. ubi Spiritus sanctus dicitur requiescere super Christum, siue manere & in eo inhabitare, per hoc docens quod qui passionum Christi fuerint participes, in gloria quoq; & dignitate cum eo communicabunt. Nullum enim maius donum contingere homini in hac vita potest, quam si pro Christo vitam profundat. Gracē tantum est: Quod est gloria, & spiritus Dei super vos requiescit, ita ut spiritus sit nominatiui casus; quod explicare volés noster interpres, reddidit, Qui est eius spiritus. Glosa ordinaria legit omnia tria, gloriam, honorem, & virtutem. Post hæc verba

K additur

IN I. EPISTOLAE PETRI

additur in Græcis, Secundum ipsos quidem blasphematur, secundum vos autem glorificatur, scilicet Spiritus sanctus.

Nemo autem vestrum patiatur ut homicida, &c. aut alienorum appetitor. Græcè est alienorū inspecto: Nam qui alienam appetit, curiosè et libenter inspectare id solet. Pununtur autem seculari iudicio non maleficia tantum ipsa & scelera, verum etiam perpetrandi isthac voluntas, studium & conatus, ut ex ijs liquet qui incendia minitantur. Oecumenius inspectorem alienorū intelligit, caluminie querentem occasionem: hic autem si scelesti est animi, & apud omnes male audientis. Si autem Christianus: Si quis vestrum affligatur, quod Christi discipulum se profiteatur, ne id ignominiosum sibi existimet, neq; Christum abneget, quo ab hac molestia liberetur, sed Deū laudet, & tanquam pro magno beneficio gratias agat, quod ad Christianisnum sit vocatus, ut Christianus dici possit. In isto nomine, Græcè legitur in hac parte, hoc est, laudet Deū, quia affligitur propter Christum. Christianus, nomen est professionis, sicut Platonicus Peripateticus, significans eum qui profitetur se sectatore doctrinæ Christi. Etymologia nominis explicata est in prima parte Symboli.

Quoniam tempus est: Ideò, inquit, laudádus est Deus, si quis patiatur ut Christianus, quia hinc cognosci-

C. A P V T . I I I .

108

cognoscitur quis esse de domo & familia Dei. Tempus enim nunc est, ut condefnatio seu punitio peccati inchoetur à sanctis, in quibus Deus tanquam in templo ac domo inhabitat.

Hoc tempus prædictum Christus apud Lucam, *Luc. ii.* vbi postquam dixisset de tribulationibus impiorum subiicit, Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, & persequuntur tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præfides propter nomē meum. Iudicium pro iusta vindicta etiam sumitur apud Paulū *i.ad Corinth.* *...A domo Dei:* Alludit ad nonum cap. Ezechielis, vbi dominus præcipit angelis percussoribus, ut incipiāt à sanctuario suo, quod mysticè significat sanctorum Ecclesiæ. A principio autem mundi puniuit Deus peccata præcipue infidelium, & impiorum, tradens eos in reprobū sensum, sicut pulchre docet August. *lib. 20. de ciui. Dei cap. 1. & 2.* Sed tempore Petri dicitur inchoatum Dei iudicium, idque à infidelibus, quia tunc nō solum voce prædicatum est mundo venturum iudicium, sed & opere ostendit Deus, quam severè sit vindicaturus peccata impiorum, quando tam horribiliter afflixit sanctos martyres. Si enim in florentibus ac fructiferis arboribus talia facta sunt, in aridis quid fieri? Quanquam verò cæcitas cordis grauius supplicium sit, quam externa martyrum tribulatio, quia tamen spiritale est &

Luc. 23.

K 2 carna-

IN I. EPISTOLAE PETRI
carnalibus occultum, nec ut tribulatio corporalis iram eis diuinam manifestat, ideo venturi iudicij declaratio à martyrum tribulatione dicitur inchoari. Sic diuus August. in lib. expositionis epistolæ inchoata ad Roma. & lib. 22. contra Faustum cap. 2. hunc locum explicat, putans hic idem dici à Petro, cum eo quod dicit Paulus 2. ad Thessalonicens. Iustos tribulari in hoc mundo, in exemplum siue declarationem iusti iudicij Dei, quo cōdemnabit impium: Pressuras, inquit, persecutionesq; iustum dicit Paulus esse exemplum iusti iudicij Dei: quæ sententia latius ab Apostolo Petro manifestatur, vbi ait: Tempus esse ut incipiat iudicium à domo Dei, etc. Hinc enim intelligitur, quomodo non parcatur impijs tanquam sc̄rmentis præcisis ad combustionem, quando iustis non parcitur propter perficiendam purgationem. Si autem primum à nobis, scilicet inchoatur Dei iudicium: si Deus mox filios flagellat, quid expectandum est nequissimis servis, quos diu patiēter sustinet. Quis finis, hoc est, quam terribilis erit infidelium finis? quā plenus tormentis? quam durè compensabitur, quod nunc tam patienter tolerentur? Et notanter dicit, Finis eorum qui non credunt, Tunc enim in die iudicij finis erit omnium eorum quæ impij querunt & magnificunt, ideoq; dicuntur ipsi tunc finiendi: Iusti autem omnia quæ

quæ querunt ibi inuenient & plenissimè obtinebunt. Inevitabilem (inquit Didymus) & Inloci indeclinabilem vltionem finē eorum esse nos minauit circumscribentem incredulitatem eorum. Et si iustus vix saluabitur. Allegat Petrus cap. 11. Proverb. iuxta 70. Interpretes: Nam noster textus habet ibi: Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator. Sensus autem hic est: Si tanta est virtus mortalis fragilitas, ut ne iusti quidem qui in cœlo coronandi sunt, hanc sine tribulatione propter innumeram vitiarum naturæ labem transeant: quanto magis qui cœlestis sunt gratiarum extores certū suæ perpetuæ damnationis exitum expectat. Sic Beda. Saluabitur. Græcilegūt saluat. August. tamen loco suprà citato, et Hieron. legūt, L. 1. con. Pelagi. apparebit: Hieronymus apparebunt. Nomen peccator pro eo qui mortaliter peccat & Dei inimicus est, hoc loco ponitur, estque idē quod impius, et si consideratione differat. Sic ad Romanos 5. Paulus loquitur: Si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro impijs mortuus est, etc. Alioqui iustus omnis peccator est. Est autem sensus: Cum iusti in magno versentur aeternæ vitæ periculo & magna cum difficultate ac labore eam adipiscantur: quantum putamus miseriā & ignominiam eorum futuram qui iam Deum cōtemnunt ac legem eius

audacter violant? Quod eis patebit suffugium, vti iram Dei evadant, atq; saluentur? nullum sane. In quo autem hæc difficultas qua iustus difficile saluatur, sita sit, doctè explicat V. Beda in hunc locum, dicens: Nolunt credere Pelagiiani, quod in uno homine tota est generis humani massa virtuata, & tota damnata. A quo virtus & damnatione, sola sanat & liberat gratia Christi. Quare enim iustus vix saluabitur? Nunquid liberare iustum labor est Deo? Absit: Sed vt ostendatur, quod merito fuerit damnata natura, nō vult facile de tanto malo nec ipse omnipotens liberare. Propter quod & peccata proclivia sunt, & laboriosa iustitia, nisi amantibus. Sed charitas quæ amantes facit, ex Deo est. Hæc Beda. Saluatur igitur difficulter iustus, quia laborioso certamine inter tot tentationes constitutus, cōcupiscente quotidie carne contra spiritum, iustus perseverat. Ex hac autem difficultate & alia cōsequitur ratio, ob quā iustus vix saluetur: quia videlicet in hoc laborioso certamine quotidie labitur ac vulneratur. Quam difficultatem explicans Hieronymus lib. 2. contra Pelagium dicit: Certè iustus, qui in die iudicij vix saluatur: saluaretur autē facile, si nihil in se haberet macula. Ergo iustus est, in eo quod floret multis virtutibus: & vix saluatur in eo, quod in quibusdam eger misericordia Dei. Ex hac denique difficultate

etiam

etiam tertia profluit, népe multitudo afflictionum, quam pro peccatis suis, ut purgetur, iusti debent sustinere. De qua difficultate propriè agit Salomon, & hoc loco Petrus. Atque ad eandem voculam (vix) referit August. locis citatis: similiter & V. Beda in commentarijs. Si quis autem querat cur Deus tantæ difficultate ad iustitiam adductos, tatis periculis amittendæ iustitiae subiacere permittat: cur tot peccatis & afflictionibus obnoxij maneant. Respondet V. Beda in verbis iam citatis, nimirum vt ostendatur natura tota iuste damnata. Præterea vt eleganter docet August. compluribus in locis, ne ob iustitiā nobis placeamus, peccat. ac superbiamus. Ne, inquit, in omnibus faciliter. assentimur, nostrū putemus esse, quod Dei contra. est: qui error est multum religioni, pietati que Julia. contrarius. Inscrutabile est autem cur nō alia cap. 3. potius ratione curet Deus superbiā nostrā, & impium hunc cōtra gratiam eius errorem, quā relinquendo nos in multis periculis, frequentib[us]que peccatis. Agit quidem Deus, vt Lib. de sanet omnia in homine, sed hoc agit iudicio natura & suo: nec ordinem sanandi accipit tantus medicus ab ægrotato. Cæterum quanquam hic legamus, iustus vix saluabitur, referatque id Hieronymus ad diem iudicij: nō consequitur hinc tamen trepidaturos illo die iustos ne in ignem mittantur æternum. Stabunt enim (sicut ait sap. 5.

K 4 Sapiens)

Lib. 2. de
mer. cap.
19. & li. 4
contra.
Julia.
contrarius.
cap. 3.
potius
ratione
curet
Deus
superbiā
nostrā,
& impium
hunc
cōtra
gratiam
eius
errorem,
quā
relinquendo
nos
in
multis
periculis,
fre-
quentib[us]que
peccatis.
Agit
quidem
Deus,
vt
Lib. de
sanet
omnia
in
homine,
sed
hoc
agit
iudicio
natura
&
suo:
nec
ordinem
sanandi
accipit
tantus
medi-
cus
ab
ægrotato.
Cæterum
quanquam
hic
lega-
mus,
iustus
vix
saluabitur,
referatque
id
Hiero-
nymus
ad
diem
iudicij:
nō
conse-
quitur
hinc
tamen
trepi-
daturos
illo
die
iustos
ne
in
ignem
mittantur
æternum.
Stabunt
enim
(sicut
ait
sap. 5.

IN I. EPISTOLAE PETRI

- Rom. 2. Sapiens) in magna cōstantia: Et testante Pau-
lo, Propria conscientia defendet eos in die iu-
dicij. De quo videatur Aug.lib.20.de ciuitate
Dei cap.14. Resurgentque sancti in corpore
spirituali, spiritui plenè subiecto, ex quo cog-
noscent se saluandos, deridebuntq; fatuos di-
centes, Ite potius ad vendentes & emite vo-
bis. De quo vide August.epist.120.cap.34. Et
sciunt nūc anima spiritualium filiorum Abra-
ha, quod ad locum eum tormētorum, in quo
erat immisericors epulo, transire non possint.
Luc.16. De quo vide extremam Symboli partem.
Cap.129. Aliud est igitur difficulter vel vix saluari in
die iudicij: alitd non esse securum de salute.
Aug epi- Hactenus autem recte dici potest, quod sancti
stol.120. post resurrectionem nescient, an tibi sufficiat
cap.34 propria conscientia in iudicio Dei, quodque
non erunt securi salutis suæ, quia tunc omni-
bus manifestum erit, quod in hac vita mortali
constituti, incerti fuerint salutis suæ, semperq;
ad extreum iudicium trepidarint. Notus est
scripture tropus, quo aliquid dicitur tunc fieri,
cū manifestetur quod factū fuerit, sicut Christus
dicitur venisse post prædicationē Ioannis
Mat.3. Baptistar, quia tunc aduentus eius Iudeis ma-
nifestatus est. Itaq; & hi qui patiuntur, Quia igi-
tur iustus vix saluabitur, non solum vulgus
Christianorum, sed & hi qui persecutionē pa-
tiuntur propter iustitiam sollicitè cōmendent

Deo

C A P V T IIII.

111

Deo animas suas beneficiando videlicet, hoc
est, vt ait Oecumenius, per animi modestiam
se illi cōmittendo, non se extollendo quia pa-
tiūtur propter iustitiā. Rursus neq; propterea
cessent, sed quanto maiora pati videntur, tan-
to firmius Deo inhāreant, seq; existiment ser-
uos inutiles, & dicāt Deo, Iustus es domine in
omnibus quæ fecisti nobis. Solēt quādoq; cō-
fessores & martyres se extollere. Vide Cypria.
lib.1.epist.5.lib.3.epist.2.3.ij.15. & li.4.epist.3.
Secundum voluntatem Dei. Illud (secundū vo-
luntatem Dei) iungitur cum (patiuntur) non
cum sequentibus, vt sit sensus: Qui patiuntur,
sive affligūtūr iuxta misericordem Dei dispo-
sitionē, vt scilicet ne in futuro seculo cum hoc
mundo damnentur. Alioqui si simplicem Dei
voluntatem intelligas, etiam impij secundum
voluntatem Dei in inferno affliguntur. *Fidelis
creatori,* &c. id est, deponant animas suas, non
apud sē, tanquam confidentes in viribus vel
meritis suis, sed apud misericordē Deum, tan-
quam fidelem earum custodem, vrpote qui est
cōditor animarū, ideoq; curā earū tanquā suæ
creature gerit, & fidelis est in omnibus promis Psal.144:
sis suis, nō ejciens foras nec perdens, sed fideliter
reddēs, quicquid ei cōmissum fuerit. Allu-
ditur autem ad illud Psalm. 30. In manus tuas
commendo spiritum meum. Hęc autem com-
missio sive commendatio fit per benefacta.

IN CA-

Luc.17.
Dan.3:

Psal.144:
Ioan.6.



IN CAPVT QVINTVM.

Luc. 21. Eniores ergo qui in vobis, &c. Nunc ad pastores & præfectos sermone[n]em cōuertit: Per Seniores enim hic presbyteri intelliguntur, estq[ue] hic nōmen officij sive dignitatis præcipue episcopatus, non ætatis. Sic Hieron. in epistola ad Euagrium, quæ sic incipit, Legimus in Esaia: Et Beda in commentarijs. Et sanè verbum (pascite) satis significat mētionem, hic fieri rectorum Ecclesix. *Consenior*, id est, coëpiscopus. *Et testis Christi passionum*, id est; qui non solum verbo & sacramentis prædico gratiam Christi, sed opere etiam ipso Christum testificor plurimas pro eo sustinens afflictiones. Siquidem hic testis passionum eum significat qui testificatur per passiones, quasi dicas, *Testis afflictus*. Sunt enim testes quidam, vt ita dixerim, verbales verbotenus testantes. At testes passionum ipsa patientia sua testantur, si-
cut ait Christus: In iacent vobis manus suas, & persequentur, tradētes in synagogas, & custodias, trahētes ad reges & præsides propter nōmen meum. Nec est quod propterea puteris impediendum Euangelium, quia ipsa vestræ afflictio

afflictio continget vobis in testimonium, hoc est, eo ipso quo pro me affligimini, testimoniu[m] perhibebitis doctrinæ meæ. Summum enim genus testificandi doctrinam Christi est mori pro Christo: ideoque morientes pro Christo, per antonomasiā vocātur martyres, hoc est, testes. *Qui & eius que in futuro reuelanda est, &c.* id est, & particeps sumi atque socius gloriæ reuelandæ in die iudicij. Incertum est an hoc dicat spe bona, an ex aliqua speciali reuelatione. Ut autem exhortatio eius efficacior sit, obseruat & summam suam pastoralem dignitatem humiliter explicat, vocans se aliorum cōpresbyterum. Deinde adiicit se multa passum pro Christo, & futuræ gloriæ esse consortem: quia in primitiua Ecclesia summi honoris erat affligi pro Christo, maximè pastorē. Vnde Paulus suam authoritatem in epist. 2. ad Corin-
thios mirè tuerit, recensens quanta sit passus & ratiō pro Christo. Sic etiam Cyprianus epistola 3. libri primi. Cæterum (inquit) dico, dico enim prouocatus, dico dolēs, dico compulsus, quando episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi vniuersi suffragio in pace deligitur, quādo Dei auxilio in persecutione protegiuntur, collegis omnibus fideliter iunctis, plebi sūx in episcopatu quadriennio iam probatus, in quiete seruiens discipline, in tempestate proscriptus, applicato & adiuncto episcopatus

fui

sui nomine, toties ad leonem petitus, in cирco, in amphiteatro dominicæ dignationis testimonio honoratus: his ipsis etiam diebus quibus has ad te literas feci, ob sacrificia quæ de edicto proposito celebrare populus iubebatur, clamore popularium ad leonem denuo postulatus in cирco: cum talis frater à quibusdam disperatis & perditis & extra Ecclesiam constitutis impugnari videtur, appareat quis impugnet. Porrò grande scelus est non audire pastorem, aut contemnere Christi martyrem, aut à Christo glorificandum. Si eum hic loquentem cogitemus, qui audiuit à domino, Pasce oves meas, & à quo dominus singularē amorem tertio sit stipulatus, facile videbimus quō affectu hic Petrus loquatur, & quanti facienda sit ab omnibus hæc eius exhortatio.

Ioan. 21.

Pascite qui in vobis est gregem: id est, Pastoraliter regite, quomodo pastores solent gregem gubernare. Eadem vox est in Psalm. 2. Reges eos in virga ferrea, quam dicit Hilarius significare pastoraliter, reges. Sic Petro mandat dominus: Pasce oves meas, ad quod præceptum & Petrus hic alludit. Reguntur autem oves Christi pastoraliter, dum eis præbetur pabulum Christianæ doctrinæ, nō tantum publicis prædicationibus & exhortationibus, sed etiam secretis atque priuatis institutionibus, consolationibus, correctionibus: dum eis sedulò administrantur.

Ioan. 21.

ministrantur sacramenta Christi: dum eis optimæ vitæ exempla proponuntur: dum temporalibus eorum necessitatibus hilariter succurruntur: dum vriles leges & præcepta præscribuntur: dum admodum sollicitè frequenterque pro eis apud Deum oratur, ingemiscitur, ploratur, sacrificatur. *Gregem Dei, Græci habent Christi.*

Prouidentes. Præscribit quo fine Christianum populum pascere oporteat. Prouidentes, id est, curam agentes, siue prospicientes, inspicientes, superintendentes, & vt sic loquamur, episcopantes. Non coacte: Coacte, inquit Beda, prouidet gregi Dei, qui propter rerum temporalium penuriam non habet unde viuat, id cирco prædicans euangelium, vt de Euangelio viuere possit. Spontaneè verò & secundum Deum, qui nullius terrenæ rei, sed tantum supernæ mercedis intuitu verbum Dei prædicat, exteraque pastoris officia præstat.

Neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, promptè, animo propenso, hilariter, diligenter. Turpis lucri gratia prouidet gregi, qui vt diues euadat, oves pascit. Pulchre autem opponit Petrus (coacte & turpis lucri gratia prouidere) ei quod est spontaneè & promptè pascere. Qui enim ex paupertate tantum, vt habeat unde viuat: aut turpis lucri gratia, vt diues fiat, pascit populum: non ei curæ est ouium

enim sunt ditiores monachi, quam fuerant seculares, & clerici: qui possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete & fallace diabolo non habuerant, ut suspireret eos Ecclesia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos. Mésulam tuam pauperes & peregrini, & cum illis Christus conuiua nouerit. Negotiatorum clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem fuge. Corruſpunt mores bonos confabulationes pessimi. Cor. 15. Tu aurum contemnis, alius diligit: tu calcas opes, ille sectatur: tibi est cordi silentium, mansuetudo, secretum: illi verbositas, attrita frons: cui nundinæ, fora placent, & plateæ ac medicorum tabernæ: In tanta morum discordia qua potest esse concordia?

Néque dominantes in cleris, hoc est, pascite gemmum cum mansuetudine & humilitate, non ut dominium aut principatum in clericos inferiores exercentes. Idem autem est hoc præceptum cum eo quod dominus Matth. 20. præscribit, docens prælatum ecclesiasticum non debere more gétiliū principum potestatem exercere, sed esse omnium seruū. Sic & Ezechiel cap. 34. repræhedit pastores, quod pascerent semetipos, lac comederent, lanis operientur, pingues oves occiderent, & cum austerritate & potentia eis imperaret: Rursus quod ipsas nō paserent, nec infirmas consolidaret,

nec

IN I. EPISTOLAE PETRI

ouium pastio, sed lana & lac, siue terrena commoda: Ideoque & pastoris officium iniuitus, perfunctoriè atque ad oculum exercet, quod & frequenter postpositis ouibus negligit. Notanter autem turpe lucrum vocat, quod ex spiritualibus officijs colligitur, quia non tantum est iniquum spiritualia (qua temporalibus estimari nequeunt propter suā dignitatem) vendere aut ad temporalia referre: sed etiam magna est irreuerentia res Deo dicatas, deoq; puras rebus vilibus estimare. Hinc

Mat. 10. Christus suis præcepit, Gratis accepistis, gratis date. Obseruandum & illud: initio statim nascentis Ecclesiae, tempore Simonis Petri, suisse

A&t. 8. Simonem Magum, eiusque sectatores ex rebus spiritualibus turpe lucrum querentes, si-

i Tim. 6. cut patet in Actis Apostolorum, & ad Timotheum, & ad Titum, & epist. 2. ca. 2. vocatae eos Petrus negotiatorum, qui in avaritia fictis verbis negociantur. Vsqueadè autem non defecit stirps Simonis Magi, ut palliū Simonis Petri induere audeat, sequē de familia eius esse

Tomor. iactitet. Pulchrè Hiero. ad Nepotianum de vita clericorum: Obsecro, inquit, & repetens iterumq; iterumq; monebo, ne officium clericatus genus antiquæ militiae putas, id est, ne lu-

Hiere 12. cras militia: ne plus habebas, quando clericus esse cœpisti, & dicatur tibi, Cleri eorum non proderint eis. Nonnulli enim

IN I. EPISTOLAE PETRI

nec ægrotas sanarent, nec confractas alligarent,
nec abiectas reducerent, aut quæ perierant quæ-
rent. Similia præscribit optimus pastor Au-
gust. docens ut pastor à subditis amari magis

In Regu- la. quā timeri quærat: Ipse, inquit, qui vobis præ-
est æstimet se non dominante cupiditate, sed
charitate seruiente felicem. Eadem habet &
Gregorius in pastorali suo libello verè aureo,

Tomo. i Quin & Hiero. epist. ad Nepotianum: Illud di-
epist. 2. co, ait, quod episcopi sacerdotes se esse noue-
rint, non dominos: honorent clericos quasi cle-
ricos, ut & ipsis à clericis honor quasi episco-
pis deferatur. Scitum est illud Oratoris Domi-
tij, Cur ego te, inquit, habeam ut principem,
cum tu me non habeas ut senatorem? Pulchre
aurem post interdictum turpe lucrum, prohi-
bet & dominatum. Qui enim non appetit in
subditos dominati, nec magni apud ceteros
fieri, quærit humiliter in frugalitate agere: nec
preciosam experit vestē, aut magnifica & fre-
quentia conuiua: Eoque necesse non habet

Lib. 2. contra Iouin. pecuniam hisce rebus necessariam turpi lucro
conquirere. Tolle, inquit Hieronymus, epula-
rum & libidinis luxuriam nemo quærit diu-
tias, quarum usus in ventre aut sub ventre est.
Porro clerus siue clerici vocat sacrum cœtum,
siue altaris ministerio adscriptos. Clericus, ait
Hierony. ad Nepotianum, qui seruit ecclesiæ,
interpretetur primo nomen suum, & nominis
definitio-

C A P V T V.

115

definitione prolata, nitatur esse quod dicitur.
Si enim clerici Græcè, Latinè sors appelletur,
propterea vocantur clerici, quia de sorte sunt Psal. 15.
domini, vel quia ipse dominus sors siue pars Psal. 118.
clericorum est. Hæc ille. Videtur autem hoc
nomen desumptum ex 18.ca. Numerorum, &
18.cap. Deuteronom. ubi dominus dicitur sors
& pars Leuitarum & Sacerdotum. Vnde qui
ascribuntur clericatui, recitant illud Psalmi:
Dominus pars hereditatis meæ, etc. Et tanquam
terrenæ hereditatis studio renunciantes, adji-
giunt, Tu es qui restitues hereditatem meam
mihi. Atque in signum arctioris continentia, Beda li. 5.
figura spineæ coronæ, qua dominus Christus h. An-
coronatus est in capite suo insigniuntur. glo. c. 22.

Sed forma fæli gregis, hoc est, pascite ipsi tan-
quam vera omnis humilitatis, & pietatis exem-
plaria, id est, videant omnes subditi, talem esse
vitam vestram, ad cuius exemplum & simili-
tudinem suam tuto componere possint.

Ex animo: Id non habetur in Græco. Et cum ap-
paruerit: Si sic paueritis gregem, percipietis tan-
quam mercedem. Coronam gloriae, hoc est, valde
gloriosam coronam, que nunquam marcesset:
Percipietis, inquam, tunc, cum apparuerit in
gloria sua summus pastorum Christus, in die
iudicij. Quod vero dicit, coronam gloriae, non
simpliciter significat vitam æternam, sed altior-
rem præ ceteris gradum. Id quod pulchre Da-

Lnick:

IN I. EPISTOLAE PETRI

Dani. 12. niel: Qui dormiūt, inquit, in terra puluere eu-
gilabunt, alij in vitam æternam, alij in oppro-
brium, vt videant semper. Et peculiare aliquid
pastoribus tribuens, subdit: Qui autem docti
fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti,
& qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stel-
lae in perpetuas æternitates.

*Similiter adolescentes subditis estote senioribus. Si-
c ut præcepi pastoribus, vt rectè pascant gre-
gem, ita nunc contra subditis, vt presbyterū
præceptis obediant. Sicut nomen senior præ-
fectum significat, etiam si ætate sit minor, ita
nomen iunior, siue adolescentis, rectè interpre-
tante Beda, subditum omnem tametsi ætate
superiorem designat. Nomē iunioris, siue ado-
lescentis, etiam in Psalmis abiectum quiddam*

Psal. 118. & contemptibile præfert, vt dum dicitur: In
quo corrigit adolescentior siue iunior viam
suam? quasi dicat, quomodo homo leuis & no-
timens te emendabit vitam suam? & significa-
tionem vocis explicat in eodem Psalm: Ado-
lescentulus sum ego & contemptus. Quali lo-
cutione Esaias pueri meminit centum anno-
rum. Sicut enim ait Sapiens: Senectus vener-
abilis est, non diurna atque annorum nume-
ro cōputata. Cani enim sunt sensus hominis,
& ætas senectutis vita immaculata.

*Omnis enim, & pastores & subdit, insinuate
vobis iniucem humilitatis virtutem: & pasto-
res qui-*

Ibid.

Esa 65.

Sap. 4.

C A P V T V.

116

res quidem regendo, non vt dominando: Sub-
diti vero humiliter obediendo, & pastorum
exempla sequendo. Græcis sensus est paulò
alius, hic videlicet: Omnes estote vicissim
alius alij subiecti. Deinde sequitur: humilitatem
induite, innodatè siue arctè colligate in ani-
mo vestro, ne facile excidat. Dicuntur autem pa-
stores subiecti subditis, dū eis in omnibus ser-
uiunt quærentes non sua, sed aliorū cōmoda.

*Quia Deus superbis resistit, &c. Ad persuaden-
dum quā necessaria sit humilitas, allegat scri-
pturam ex cap. 3. Proverb. secundum 70. Nam
noster textus sic habet: Ipse deludit illusores,
mansuetis autem dat gratiam. Merito superbij,
illusores vocantur, quia alias præ se contem-
nunt, ac eis illudunt rāquam pauperibus, quo-
niā dominus spes eorum est. His vicissim il-
ludit dominus, sicut ait Sapientia, Ego in inte-
ritu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis
id quod timebatis aduenierit. Humiles autem
mansueti vocantur, quia humilitas & mansue-
tudo cōiuncta sunt, vt ait Saluator, Mitis sum
& humilis corde. Fines quidem, ait Beda, per-
iuros & alios peccatores quasi contemptores
præceptorum suorum punit Deus, sed specia-
liter superbis resistere dicitur, quia nimis
maiori pœna plectuntur, qui cōfidunt in vir-
tute sua: qui diuinæ potentiaz subdi pœnitendo
negligunt: qui quasi sibi ipsis ad saluādum sus-
cipiant,*

Prover. x

Mat. 11.

In 4. cap.

Iaco.

L 2

IN I. EPISTOLAE PETRI

ficians , auxilium diuinæ gratiæ quærere dè-
trectant. Meritò Deus superbis per omnipo-
tentiam resistere dicitur; Dum enim illi in vir-
ture sua confidunt , & excellentiam obtinere
quærunt, non eam ab excellentissimo petédo,
rapere quod diuinitati proprium est contem-
dunt. Meritò igitur agit Deus, vt excelléria nō
obtineant, sed potius valde humilientur : hoc
enim indicat vox, resistere . Porro quáuis hoc
dictum Salomonis , Deus superbis resistit, ve-
rum sit de omni superbia , etiam ea qua quis
quærerit in exiguis & externis boris inordinatè
excellere, vt liquet ex euangelio de ambienti-

Matth. 23 bus salutationes in foro, & primos in coenis ac-
cubitus : Maximè tamen locum habet in ea
superbia, qua quis in seipso confidit tanquam
iustus, aut quasi suis virib⁹ rectè viuere queat.

Hæc enim maxima est arrogâtia, & veluti sa-
pientium ac virtutis studiosorum, non de va-
spi. & lit. nis, externis , & exiguis rebus, aut illis animi
ca. 7 11. & bonis, quæ bonis malisque communia sunt, sed
r. & Prof. veris, nempe virtutibus exorta . Similiter ea
per epist. ad Deme humilitas quæ est in agnitione proprietū pec-
triadē.

Epist. 106 ad Pauli. num. Iesum, præcipua est humilitatis pars, quæ à Deo
obtinet gratiam. Nō enim meretur homo ac-
cipere ampliora, nisi piè fideliterque sciendo à

quo bona sibi sunt omnia: & hoc sciendo non

ex se-

C A P V T . V.

117

ex seipso ne vel hoc sit in eo quod non sit ex
Deo. Interea tamē de inferiori humilitate ve-
rū est, quod ait Christus: Qui se humiliat exal-
tabitur . Explicat V. Beda quam gratiam dæ
Deus humilibus: Qui, inquit, in suorum plagiis
vitiorum veri se medici manibus suppliciter
subdunt, meritò desiderata sanitatis dona per-
cipiunt: his perfectionem boni operis, & beatæ
perennitatis dona largitur. Hæc Beda. Et sanè
vitam æternam esse gratiam, de qua Petrus lo-
quitur, ex sequentibus clarum est , dum dicit:
Humiliamini sub potenti manu Dei , vt vos ^{1. Pet. 5.}
exaltet in tempore visitationis. Remissionem
verò peccatorum atque bona opera gratiam
esse quam Deus dat humilibus, manifestè con-
stat ex cap. 15. Lucæ, vbi de Publicano agitur, ^{Luc. 18.}

& tota epistola ad Romanos . Gratia est vita
æterna, quia tum peccatorum remissio, quæ ad
vitam æternam sunt impedimento, merè gra-
tuita est: tum & bona ipsa opera quæ ad eam
dem consequendam sunt media , gratiæ sunt
deputanda, sicut latè à nobis declaratum est in

2. Tractatu super Orationem Dominicam.

Secundum se tamen vita æterna bonorum ope-
rum merces est, benè operanti ex primæ hu-
minis institutione debita. Remissio autē pec-
catorum, boni operis perfectio, gloriofa resur-
rectio, licet dentur à Deo propter penitentiam
secundum fidem & humilitatem : nunquam

L. 3 tamen,

Epistola tamen in scripturis merces appellantur, nec ad Sixtū, credenti vel pœnitenti deberi dicuntur, eo quod ex prima institutione legibusque primæ conditionis naturæ humanæ nō possit homo Deo reconciliari, sanari, aut post lapsum resurgere. Sed sicut fides & pœnitentia datur homini ex nouo Dei pacto, nouoque instauracionis, ac velut recreationis consilio: ita quod intuitu fidei & pœnitentia atque humilitatis dentur venia & reparatio, ex novo Dei testamento tantum est: atq; ea parte prouidentia diuinæ, qua res administrat non secundum ea quæ eis in prima indidit constitutione, sed altiori consilio. Ideoque remissio peccatorum & gloria resurreccio nō solum ob hoc gratia sunt, quia gratia est fides & pœnitentia, sed etiam propterea, quia gratuitæ promissionis Dei est, quod pœnitenti credentique ignoscat, eumq; reparet. Notum est enim quod scripturæ gratiam ab ijs quæ ex natura eiusque institutione habemus, distinguant. Clarè docent illæ, quod

Psal. 141. quicunque petit veniam, non cum Deo in iudicium intrare, sed secundum magnam Dei misericordiam & copiosam redemptionem secum agi, orare debeat, etiam si alibi dicant, quod Deus propter pœnitentiam dissimulet peccata: & dominus cæcis clamantibus: Misere nostri fili Dauid. respondeat: Secundum fidem vestram fiat vobis. At qui bonum certamen

tamen certauit, cursum consummavit, fidem 2 Tim. 4. per quam purgata sunt ipsius peccata fernauit, expectat coronam vitæ æternæ à iusto iudice, & fiduciam habet in die iudicij: propere 1. Ioan. 4. quod Deū imitatus est. Sic enim reddit Deus vitam æternam operanti bonum, sicut mortem æternam operanti malum, vt docet Apostolus ad Rom. 2. Porro quanquam hic Salomon sentiat, superbis non dari gratiam, sed solidis humilibus: ex hoc tamen putandum nō est, humilitatem ipsam non esse gratiam, aut eam superbis non à Deo donari, quando eos misericorditer ad humilitatem couertit, sicut rectè docet 6. Canon Concilij secundi Araufican. Salomon enim nomine gratiæ & resistantiæ non significat gratiam Dei conuertentem & præuenientem, & huiusmodi gratiæ negationem. Hæc enim gratia conuertens & præueniens dat humilitatem superbis quibuscumque dare Deo placuerit, cum omnes mereantur ut propter ipsorum superbiam eis resistatur, & in sua superbia relinquantur. Sed loquitur Salomon tantum de gratia subsequente: cuiusmodi est vita aeterna & remissio peccatorum, quæ dantur non superbiéibus aduersus Deum, sed sub eodem se humiliantibus. De tali eriâ gratia loquuntur scripturæ, quæ dicunt aliquem Hebr 12. deesse gratiæ Dei, aut eam in vacuū accipere. 2. Cor. 6. Pro cuius rei intellectu, vide quæ dicta sunt in

L 4 secun-

I N I. EPISTOLAE PETRI

secundo Tractatu in Orationem dominicam de gratia præueniente & subsequente, operaute & cooperante: quomodo Deus non deserat nisi desertus: quomodo vita eterna non ita fuisse primo homini gratia, ut nunc est, si in obedientia perseverasset: Ideo autem scriptura saxe nomine gratiae, gratiam tantum intelligit subsequentem (tametsi alibi satis luculenter aperiat gratiam præuenientem) quia in primo ante peccatum statu similis erat in donanda subsequente gratia, atque nunc, ratio. Tunc enim homo ex ijs quæ ex sua conditione habebat, officium suum præstabat. Addebat deinde quædam ei Deus sine Dei auxilio non obtinenda: sicuti nunc prius homo petit, deinde à Deo accipit. At nunc quisquis facit quod suum est, non nisi Dei reparatione & gratia præueniente facit. Facilius autem intelligimus quæ similia sunt primæ institutioni, vel ad eam pertinēt, quam illa quæ ex gratia reparatoris non consentaneæ ad primam institutionem, nobis donatur. Habet enim homo quasdam reliquias primi horitoris sibi innatas: at præ superbia, difficulter lapsum suum & reparatorem agnoscit.

Humiliamini igitur: quia Deus superbis resistit & humilibus tantum dat gratiam: igitur subiicie vos ei & humiles estote. Sub potenti manu Dei, id est, sub Deo omnipotente, qui magna potentia opprimit superbos, & de imo exaltat humili-

C A P V T V.

129

humiles. Manus Dei locutione scripturæ est potentia Dei sumpta metaphora à viris robustis, qui mahibus robur suum ostendunt, ut in Exodo: Viderunt manum magnam quam Exod. 14. Deus exerciterat in Ægyptios.

*Vt vos exaltet in tempore visitationis. Visitatio-
nis non est in Græco. Est autem hic sensus: Ut
vos sub se humiliatos magnos faciat in die ex-
tremi iudicij: qui per antonomasiā dies vel
tempus vocatur, ut 2.ad Timot. 1. Depositum
meum seruare in illum diem. Det illi dominus
misericordiam inuenire in illo die. Et ad He-
breos 10. Quanto videritis appropinquantem
diem. Rectè autem exaltationem extremo tem-
pori tribuit, quia illuc solum est vera exaltatio,
perpetua, & immutabilis: presenti autem tem-
pore omnia sunt caduca. Extremum tempus
rectè visitationis dicitur, quia tunc visitabit
Deus omnes electos suos ad perfectam salu-
tem: Impios autem ad summum supplicium.*

*Omnem sollicitudinem vestram, &c. Subiicit hoc
Petrus, propterea quod solent homines me-
rituere, ne dū se humiliant, iniquè opprimantur,
eōq; nimis esse solliciti. Monet ergo, ut curam
omnem de se Deo committant, qui potenter
defenderet eos quantumcunque humiliatos. Et
rectè autem, ait: *Proijcimenes*, Eorum quæ proij-
cimus, nihil apud nos retinere solemus. Iubet
enim Apostolus perfectissimè de Deo fidere,
nihilq;*

IN I. EPISTOLAE PETRI

nihilque anxietatis retinere. Sic & Psalmista:
 Psal.54. Iacta cogitatum tuum in domino , & ipse te
 enutriet. *Quoniam ipsi cura est de vobis*, (Ipsi)
 magna emphasi dicitur, Ipsi omnipotenti , qui
 quicquid vult potest. Cura est,id est,diligit vos
 & prospicit atque procurat omnia necessaria
 vobis & utilia: Omnia,inquā, quorum habere
 vos posset sollicitudo. *Sobrij estote*,scilicet cor-
 poraliter in cibo & potu temperati. *Quia ad-
 uersarius, &c.* Hæc est,inquit,maxima causa vi-
 gilandi,& sobriè viuendi: ne somno & ebrie-
 tate depressi iurato hosti nostro , nunquam
 quiescenti, sed semper ad nos deuorandum vi-
 gilati queamus resistere. Explicat Petrus He-
 braicum vocabulū Sathanas,sive Sathan,idem
 significans,quod aduersarius: & tribuitur hoc
 nomen per antonomasiam principi malorum
 angelorum,cuius vnicum est studium, ut hu-
 mano generi aduersetur,ne summum bonum
 suum assequatur. *Diabolus*.Et hoc nomen per
 antonomasiam eidem angelo tribuitur,qui ni-
 hil aliud quam calumniatur & accusat nos in
 cōspectu Dei,vt patet Apocal.12. In hoc enim
 ad peccata instigat,vt accusare possit, & sic ad
 damnationem secum pertrahere . Diabolus
 enim idem significat quod accusator , calum-
 niator. Vnde & Iudas diabolus dicitur in euā-
 gelio , quia facta Christi & Apostolorum ad
 hoc intuebatur,vt accusaret & caluniaretur.

Iean.6.

Circuit,

C A P V T V.

120

Circuit, corporali circuitu nūc hic existens,
 nunc alibi:sicut & in Iob ait:Circui terram & Iob.1.
 perambulan eam. Circuit inquam & per se,&
 per angelos suos inferiores dæmones.

Quærens quem deuoret, id est, vnicے studens
 iustos deuorare,hoc est,ex iustitia ad impieta-
 tem deiçere,& secum ad æternam damnatio-
 nem pertrahere: Atq; ab hoc studio draco ap-
 pellatur,vt paret Apocal.12.vbi Christum de-
 uorare voluisse dicitur . Pulchrè hunc locum
 explicat Cyprianus sermone de zelo & liuo-
 re,vbi recitatis his Petri verbis, sic ait: Circuit
 ille nos singulos, & tāquam hostis clausos ob-
 sidens muros explorat,& tentat an sit pars ali-
 qua mēbrorum minus stabilis , & minus fida,
 cuius aditu ad interiora penetretur,offert ocū
 lis formas illices,& fallaces voluptates,vt visu
 destruat castitatem: Aures per canorem mu-
 sicum tentat,vt soni dulcioris auditu soluat &
 molliat Christiani vigorem: linguam ad con-
 uitia prouocat : manus laceffentibus iniurijs
 ad perulantiam cædis instigat:vt fraudatorem
 faciat,lucra opponit iniusta:vt animam pecu-
 nia capiat,ingerit pernicioſa compendia : ho-
 nores terrenos promittit , vt cœlestes adimat:
 ostentat falsa,vt vera surripiat, & cum laten-
 ter non potest fallere, exerte atque aperte mi-
 natur,terrorem turbidæ persecutionis inten-
 tans ad debellados Dei seruos, inquietus sem-
 per,&

Lib. i.
epist. x.

Hist. Tri-
par. c. 40 & 41.
Tutur foués Iudæos atq; Gétiles, vt legis li. 6. Idé
videre fuit in Valéte Imperatore, qui oés Gé-
tiles, Iudæos et hæreticos souebat, solos ortho-
doxos psequebat, vt legitur c. 3. li. 8. hist. Tripart.

Amos 3. Amos 3. natura terretur, sicut ait Amos Prophetæ: Leo
rugiet, quis non timebit? Cöplura animalia, ait
In hexa. Basil. longe leone celeriora solo sèpè rugitu ab
hom. 9. eo capiuntur. Diabolus igitur terrore suo cunctos
conatur prosternere, horreda valde intetatis nisi
ipsi obsequatur: maximè quando aperte Christianos oppugnat, vt Petri tempore cæteroruq;
martyrum faciebat. Ideoq; putat Aug. homil. 35.
in li. 50. homil. et in illud Psal. 91. Conculcabis
leonem et draconem, Apost. Petru hoc loco agere
de apertis tyrannorum persecutionibus, quas tem-
pore

pore Petri incipiebat diabolus excitare. Nihilominus, quia non solù serpens occultè afflat suum
venenum, sed etiam leo fraudulenter insidiatur, et
per rugitum leonis non tantum diaboli manifesta
psecutio, sed etiam superba atque animosa eius crudi-
litas, qua quisquis inuadit, designari potest,
recte etiam referuntur verba Petri ad omnes dia-
boli infestationes, siue violeras, siue fraudulen-
tas, sicut ea interpretatur Cypria. loco suprà ci-
tato, et Hiero. epist. ad Heliodor. Erras, inquit,
frater, erras: si putas vñquam Christianum persecu-
tionem non pati. Tunc maximè oppugnaris, si te
oppugnari nescis. Aduersarius noster tanq; leo 1. Petr. 2.
rugies, aliquem deuorare querens circumit, & tu
pacem putas? Seder in insidijs cum diuitiis, vt in Psal. 10.
occultis interficiat innocente: oculi eius in pau- psal. 9.
perem respiciunt: insidiatur in occulto, sicut leo
in spelunca sua: insidiatur vt rapiat pauperem: &
tu frondosæ arboris tectus umbraculo, molles
somnos futurus præda, carpis? Inde me perse-
quitur luxuria, inde avaritia conatur irruptione,
inde veter meus vult mihi deus esse pro Chri- Philip. 3.
sto: cōpellit libido, vt habitantem in me Spi-
ritum sanctum fugem, vt templum eius violam. Per-
sequitur inquam me hostis, cui nomina mille,
mille nocendi artes, & ego infelix viator me
putabo, dñi rapior? In illo ergo æstu charybdis
luxurias salutem vorat. Ibi ore virgineo ad pudici-
ties ppetrada naufragia, Scillacum renidens, libido
blandi-

- blanditur. Hic barbarum littus , hic diabolus pirata cum socijs portat vincula capiédis. Nolite credere, nolite esse securi. Licit in modum stagni fusum & quor arrideat: licet vix summa iacentis elementi spiritu terga crispetur, magnus hic campus motes habet. Intus inclusum est periculum, intus est hostis. Expedite rudentes, vela suspendite : crux antennæ figatur in frontibus. Tranquillitas ista tempestas est.
- Efa.14.** Reddit hic ex Iustino martyre Oecumenius ratione, cur tam acriter nunc atq; adeò magis quā olim sanctis insidietur, quia videlicet ante domini aduentum non adeò aperte nouerat vim sui supplicij, cum prophetæ hāc ænigmatice denuntiassem: At dominus cum adueniſſerit, aperte dixit, Diabolo & angelis eius repositorum esse ignem æternū: hoc illo auditio non cessat fidelibus insidiari, volens multos suæ Apostasias confortes habere, ne solus huic adhærens pudeſt, frigida hac & inuida consolatione ſibi plaudens. Sanè Iustini tententiā Ireneus lib. 5. contra hæres, & Epiphanius in hærefi Sethianorum, & Cyrillus lib. 6. contra Iulianum ante medium libri approbant. Contrarium verò sentire videtur V. Beda: Postquā (inquit) illuxit in mundo Christus, repressa est omnis dæmoniorum tyrannis: & quasi ſcena puerilibus ludis impleta deceptio ſoluta eſt: ipſi autem inter inferni portas continentur.
- Matt.25.**
- Hæref.39**

Quic-

Quicquid autem fit de scientia diaboli, qui Basil. hō agnoscit ſuam condemnationem, ſatis certum eſt, quod præter primam eius condemnationem, qua ex angelorum ordine & ſublimiori cœlo ejectus eſt in hūc caliginosum aërem, & miferimus effectus, & ita in ſuis ſceleribus induratus, vt nec bene velit, nec bene velle poſſit, hæc condemnatione in principio mundi ante hominis lapsum facta eſt. * Item quod præter supplicium ignis æterni cui irreuocabiliter destinatus eſt, ultimo iudicio reſeruetur, iuxta illud 2. Petri 2. Angelis peccantibus nō pepercit Deus, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari: & iuxta illud Apocalypſis 20. Diabulus missus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris. Præter, inquam has duas cōdemnationes pri- mam atque extreman alia eſt media, de qua ait Christus: Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mudi eiſcetur foras. Et: Princeps huius mundi iudicatus eſt. Et: Cum fortis armatus custodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet: ſi autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus fidebat, & ſpolia eius diuidet. Per hanc medianam condemnationem eiſcitur diabolus ex cordibus hominum, ne teneat eos captiuos ad ſuam voluntatem, ne operetur in illis opera ſua, ne tentando cribret eos, ſicut 2. Tim 2. triti-

mil quod Deus non eſt author malorum. August. de cor. & gra. ca 10. Enchir. c. 24. epift. 117. ad Vitalē. Proſp. li. x. de vit. cō templ. c. 3. * Aug li. lib. 14. c. 3. Lib. 1. de cup. ca. 23. lib. 2. de Ge nefi cōtra Manich. cap 17. Io an. 12. Ioan. 16. Luc. II.

IN I. EPISTOLAE PETRI

Matth.13 triticum , ne superseminet in eis zizania . Per hanc condemnationē fit, vt de potestate principis tenebrarū eruti homines intelligent astutias eius atq; fraudes, & vincant eum per sanguinem agni . Per hanc fit, vt Deus accusatōnem eius contra humanum genus nō amplius admittat, vt pote iam placatus per Christum . Per hanc fit, vt non audeat venire inter filios

Iob.1. & 2. Dei, sicut legitur venisse in libro Iob , & 3. Re-

Ioan.12. gum 22. Eiectus enim est foras, inquit scriptura, sumpta metaphora ab ijs qui condemnantur, & à tribunali exiguntur. De hac condemnatione dicitur Apocalyp. 12. quod diabolus tanquam malus causidicus eiectus sit, ne accusare amplius possit filios Dei ante conspectum Dei, nec poscit habitare in cœlo siue in ele-
ctis, neque sic admittitur ad accusandum, vt si sanctus angelus ad orandum . Hæc autem erec-
tio facta est præliante supremo atque humil-

Apoc 12 limo angelo (qui ab excellētiæ diuinæ profes-
sione quam in principio mundi efferente se
diabolo professus est, vocatur Michaël , siue,
(quis vt Deus) pugnante inquā precibus con-
tra accusationes Sathanæ : Christi sanguinem
aduersus peccata à diabolo producta allegante,
vocanteque homines confratres suos prop-
ter Christi mortem . De hac condemnatione
diaboli dicit Christus in Euangelio: Ecce dedi
vobis potestatem calcandi super scorpiones &

serpen-

C A P V T V.

123

serpentes, & super omnem virtutem iniustici,
& nihil vobis nocebit. Rursus & in Psal: Iudi- Psal.71.

cabit pauperes populi, & saluos facit filios pau-
perum, & humiliabit calumniatorem . Hinc
cum insultatione & exsufflatione audemus in
cæremonijs baptisni imperare diabolo: Male-
dicte diabole agnosce sententiam tuā, qua sci-
licet cōdemnatus es, ne amplius occupes cor-
dā hominum: & recede ab hac creatura Dei.

Vt igitur vnde digressi sumus , reuertamur:

Diabolus post Christi mortē, dum iuxta Chri-
sti sententiam experiretur se ex cordibus ho-

Ioan 12.

minum ejici, grandem aduersus nos iram con-
cepit, cœpitque terrenorum & carnalium ho-
minum mentes possidere firmius arctiusq;, ne
ex ijs videlicet etiam expelletur. Scit enim ex

hac sua condēnatione modicum sibi superesse
temporis ad nocendum hominibus . Scit im-
minere diem iudicij . Vnde Ioannes in Apo-

Apocal.12

calypsi: Væ terræ & mari , quia descendit dia-
bolus ad vos habens iram magnam, scies quod

modicum tēpus haber. Contra sanctos autem

longè magis iratus est, vires suas omnes inten-
dens, vt de ignominia se vindicet, qua sibi af-

fectus videtur, dum hominum ei eruptum est

dominium. Vnde subdit Ioannes : Postquam

Ibidem.

vidit draco, quod projectus est in terram, per-
secutus est mulierem, quæ peperit masculum,

hœc est, ecclesiam primitiavam, sed postquā hœc

M euasit

euasit manus eius, iratus est draco in mulierē, & abijt facere præliū cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mādata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Atque ita vtcunq; patet, cur tā acriter diabolus post Christi aduentum sanctos persequatur. *Cui resistite*, suggestionibus eius non consentiendo, & minas irridendo. Fit enim hæc resistētia non solū aperte se opponendo, sed etiā fugiendo & cōtemnendo cogitare de his quæ proponit, ut faciēdum est, dum impudicitiam ac infidelitatem proponit. *Fortes in fide*. Resistite omnibus diaboli temptationibus per robustam fidem, magna fiducia ex Dei potentia atq; misericordia concepta. Fides enim est quæ vincit mundum. Fide operatur homo iustus. Vnde autē fides magna & robusta dicatur, dictū est in tractatu super Salutationē Angelicā: & super illud Matthæi, O mulier magna est fides tua. Ideo autem victoria non solum infidelitatis, sed & omniū aliorum vitiorum fidei tribuitur, quia in omnipio opere fides dirigit, sicut ait Iacobus: Fides, cooperabatur operibus Abrahæ. Nam per fidem & opera bona omnia, eorumque finis, & vnde bona opera agnoscī queant, intelliguntur: immo bona omnia opera fidei impetrātur. Atq; hinc iam patet, quod in primo huius epistole capite explicandum erat, Cur temptationes ad libidinem, ebrietatem, furtum, & similia vitia dicātur si-

10an. 5
Cap. 10
Iacob. 2

tur fidē probare: Cum enim fides sit per quam omnes tentationes vincuntur, ostenditur is fidem habere robustam ac fortem, frequenter ac serio religionis nostræ mysteria expendenter, crebrò & intentè orantem, qui à temptationibus nō superatur. Nam sicut recte ex firmitate domus colligitur firmitas fundamenti, ita ex bona vita recte colligitur fidei firmitas.

Vnde Iacobus: Ostendam tibi ex operibus fidem meam. Bonam lucernam habere intelligitur, qui in tenebrosa nocte per lubricū persecutorem sine casu potest euadere. Is apud principem causam suam probe agere cognoscitur, qui liberalitate principis ex paupere indies diritor euadit. Huc accedit quod doctrina Dei per bonam profitētum eam vitam ornatur. Atque hoc modo Christianus temptationibus non cedens cōfitetur fidem: sicut qui male viuunt Deum factis negant, occasionem alijs præbentes doctrinam Christi tanquam inutilem ad bene viuendum rejciendi.

Scientes eandem passionem, id est, similem afflictionē. *Vestra fraternitati*, hoc est, Christianis siue ecclesiæ Christianorum fieri. Adiicit ergo Petrus ad eorum consolationem, grauitatem enim (sicut ait Oecumenius) alleuiat societas consortū. Aliter Beda: Tanto, inquit, fortiores estote in fide, tanto maiorem habetote fiduciā ad superandas diaboli versutias: quāto cōstat,

M. 2 quia

Iacob. 2.
Tit. 1.

IN I. EPISTOLAE PETRI

quia non vos soli tentamini, sed ipsa passio que vos fatigat, ei quoq; que per totum mundū est ecclesiæ Christi veltrę videlicet fraternitati cōmuniſ est, & quod à cōſtitutione mūdi ſemper paſſi ſunt iuſti pudeat vos ſolos ſuſtinere non poſſe. Deus autem, &c. Oratione finit epistolam. Nam quod dicit, perficiet, confirmabit, ſolidabit, idem eſt atq; ſi dicaret: perficiat, confirmet, ſolidet: Sicut dicitur, non mœchaberis, pro ne
Exod. 20. mœcheris. Deus ergo omnis gratiæ dator & author, vel Deus perfectæ gratiæ, hoc eſt, plenus gratia et misericordia. Qui vocauit nos, gratiis, non quārentes vitā æternā, ad hoc ut æterne ſuę gloriæ particeps fieremus. Vocauit, inquam, per Christū Iesum, qui pro nobis mortuus eſt et resurrexit et ſpiritu ſuū ad nos miſit. *Modicum paſſos.* Verè modicū eſt cōparatio- ne æternæ gloriæ quicquid hic patimur. Perficiet, nā quamdiu viuimus, valde imperfecti ſumus et lōgē plura pati meremur, quā dominus infligat. Confirmabit, in bono inchoato. *Ei ſolidabit,* ut à bono non excidamus. Videtur Petrus in verbo (confirmabit) ad id alludere quod di-
Luc. 22. cturn eſt ei: Confirmat fratres tuos. Et in verbo
Matt. 16. hoc, ſolidabit, ad id quod dictū eſt ei, Tu es Pe- trus. Orat igitur, ut Deus inchoatū misericor- diter in Christianis bonum omnino perficiat.
Ipsi gloria in ſecula ſeculorum, id eſt, ſemper, ſine fine: in ſecula que cōtinēt omnia ſecula, vel in ſecula

C A P V T K.

125

ſecula, quæ ſuperat et ſunt maxima inter omnia ſecula. Vide Damascenū 1. cap. lib. 2. de or- thodoxa fide, vbi exponit vocabulū (ſeculū).

Per Syluanū, &c. Oecumenius eundē hoc lo- co nominari putat, qui cum Paulo Apost. scribit vtrāq; epift. ad Thessal. De nomine autem **Cap. r.** dicit Hiero. in epift. ad Damasum, quæ incipit, **Tomo 3.** Septuaginta. Sciéduum, inquit, Silam collegam Pauli lingua Hebræa. Apostolū dici qui cū eo multas epifolas ſcribit: et vitiosè Syluanus le- gitur pro Sila, cum Syluanū in Apostolorum Actis non legamus. *Fratrem,* id eſt, Christianū. Breuiter, id eſt, paucis. *Obſecrans,* ut maneatis in gratia Dei, & testimoniuſ vobis perhibēs quod hec gratia in qua firmiter statis per fidem eam retinenteſ, ſit vera Dei gratia, per quam Deo verè grati ſumus, & per quam Deus verè nos amat. Docēt etiam Iudaizantes & Simoniaci, quomodo homines grati Deo fiant, ſed falſo: Scitis autem verum eſſe noſtrū testimonium. Testatur ergo Petrus veram eſſe, quam fuſcep- perunt Christiani religionem, per quam verè placeant Deo: ostenditque cur hanc epifolam ſcripferit, nimirum ut eos in fuſcepta Christi fide confirmet. *Salut. ut vos ecclæſia que eſt in Ba- bylone colecta.* Sic enim legendum eſt non co- lecta, id eſt, ſimul à Deo vobis electa. Queritur de qua Babilone fiat hic mentio? Papias Hirapolites epifcopus, & ex eo Eusebius lib. 2. hist. In Marc.

M 3 eccl-

ecclesiast. cap. 15. & Hieron. in lib. de scriptoribus ecclesiast. per Babilonem hoc loco Romanum intelligunt, quo nomine & in Apocalyp. eadem appellatur. Cuius rationem Beda redens, Babilonē (ait) typicē Romā dicit, propter confusionē idololatriæ: De qua verē dicit Leo in serm. de natali Pétri & Pauli quod omnium gentium seruiebat erroribus & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quę nullam respuebat falsitatem. Et Marcus filius, &c. hic est, Marcus ille, qui euangelium conscripsit, sicut tradit Papias, Eusebius, Hieronymus, Beda, & Oecumeni⁹: Cuius illa maxima laus est, quod cum Petrus tot homines Christo per euangelium genuerit, peculiariter cum tamen pręcepseris, qui erant in Ecclesia Romana filiū suum appelleat. Nā omnino improbare est, nec veteribus cognitum, quod quidā recitāte Oecumenio dicere sunt ausi hunc Marcū dici Petri iuxta carnem filium, allegātes 12. cap. A&t. vbi dicitur Petrus venisse ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus: neque enim ibi dicitur Mariā hanc Petri fuisse vxorem, sed ideo Petrus eo se contulit, quod sciret multos illuc ad orandum conuenire solitos. Nec idem esse videtur ille Marcus cum eo cuius h̄c sit mētio: Ille enim Ioannes Marcus Barnabæ & Paulo magis adhæsit, quam Petro: vt i constat ex epistolæ ad Coloss. cap. 4.

& 2.ad

& 2.ad Timotheum 4. Ad hac vt Hiero. narrat in lib. de scriptoribus, Marcus euangelista mortuus est anno Neronis octauo: Ioānes autem Marcus vixit adhuc circa 14. eiusdem annum, sicut patet ex 2. epist. ad Timoth. cap. 4. vbi Paulus dicit: Tempus suę resolutionis instare: mortuus est autem 14. Neronis anno. Filius igitur dicitur Petri secundum euāgelicam institutionem & omnis perfectionis imitationem. Hic missus est à Petro in Ægyptum, & primus Alexandrię Christum annunciauit, assumptoq; euangelio quod Romæ ex ore Petri scripsérat Alexádriæ Ecclesiā constituit: Tanta doctrinę & vitę cōtinéta, vt omnes Christi sectatores ad sui cogeret exemplum: & quod in Hierusalem ab Apostolis siebat, vt credentes haberent omnia cōmunia, hoc idem Marcus in Alexandrinam ecclesiam induxit. Colligit autē ex hoc loco Beda epist. hāc scriptam fuisse ex vrbe Roma tempore Claudiij Cæsarī, priusquam videlicet Marcus Alexádriam abiit, quò Claudiij tēpore profectus fuit. Marcus ad verbum idem est quod politus, id est, abstensus à rubigine. Salutate vos in uicem in osculo sancto. Græcē est in osculo charitatis. Morris olim erat apud Christianos osculo inuicem excipere. Non enim erat apud spirituales illos alicuius obſcenitatis cogitatio: quāquam forminas nō videātur tunc viri Christiani osculo salti-

IN I. EPISTOLAE PETRI

salutasse. *Gratia.* Græcè est pax . Beda nostrām sequitur lectionem . *Qui est in Christo , id est Christiani.* Amen: Vbiq; ait Oecumenius, tanquam sigillum addentes discipuli domini, preicationem in fine adferūt, tanquam genuinūm suū sanctitatis signum . A gratia, inquit Beda, cœpit epistolā, in gratiā cōsummavit, medium gratia respersit, ut errorem Pelagianum omni locutionis suę parte damnaret: ecclesiam vero Christi non nisi per gratiam eius saluari posse doceret. Hac epistolā qui iam intelligit, eamq; diligenter expēndit, videre poterit faciem Petri, non corpoream secundum lineamenta extēra, sed faciē mentis sculptā à Spīritu sancto: Videbit enim perpetuo in pectore Petri obseruata qua toties iterum atq; iterum in hac epistolā inculcat, nempe futurūm seculūm, futurūm iudicium, futurām gloriām, Christi aduentūm, peregrinationē huius vitæ, Christūm passūm & resurgentem, Dei gratiam, baptismū & regenerationis efficaciam, firmitatem fidei, charitatem mutram, humilitatēm, iusticiam, obediētiām, castitatem, sobrietatēm, vigiliam;

orationes, veterem scripturam, memoria
riam verborum Christi, et his simili-
lia . Utinam ergo filios Petri
faciat nos Christus.

A M E N .

FINIS I. EPISTOLAE
D. PETRI.